poussé le dessein de l'Orlando, que le Bojardo avoit ebauché) et même par l'histoire du Sardi. Il semble que les Ducs Hercule II. et Alphonse II. ont esté les premiers, qui ont connu ce parentage. Ce fut alors que le Comte Faleti fit un voyage exprés en Allemagne par ordre du Duc de Ferrare son maistre, pour s'instruire la dessus: et Jean Bapt[iste] Pigna Secretaire d'Estat d'Alphonse II. se servit des memoires de ce Comte pour dresser son Histoire d'Este, qui merite d'estre fort estimée à |S. 9| l'égard des affaires voisines de son temps; mais qui est sujette à bien des erreurs dans les anciennes, comme des excellens Historiens en France ont déjà remarqué, tant publiquement que dans les lettres particulieres, où ils m'ont exhorté de ne me point arrester à cet auteur; ce qui n'estoit pas aussi mon dessein.

Or le commerce estant tellement interrompu par l'obscurité où l'Histoire estoit dans les siecles ignorans, que les Princes d'Este d'Italie, Ducs de Ferrare, de Modene et de Regio, ne sçavoient pas eux mêmes ce que leur parens d'Allemagne estoient devenus, et se figuroient certains Comtes inconnus de Fribourg, qui devoient avoir acquis je ne sçay quel grand pays en Allemagne; comme aussi les Ducs de Brunsvic ne connoissoient point non plus leur parens d'Italie, qu'ils confondoient tantost avec les Marquis de Montferrat, tantost avec ceux de Mantoue: il ne faut point s'étonner, s'il n'y a point eu de correspondance entre les deux Maisons, ny aucune alliance. Et cela me fait venir au point qui m'a donné maintenant occasion, Monsieur, de vous écrire cette lettre. Le Pigna dit dans le second livre de son Histoire d'Este, qu'Alessine fille (à ce qu'il dit) d'Aldrovandin Prince regnant de la Maison d'Este en Italie, et soeur de Beatrice, Reine de Hongrie, avoit épousé Albert Duc de Brunsvic, son parent au septieme degré. Mais nous avons trouvé icy, qu'il n'y a point eu de tel mariage; ce Duc Albert surnommé le Grand, ayant esté marié en premieres nêces avec Elisabeth (fille de Henry Duc de Brabant,) et en secondes nêces avec Adelheide

2 G. SARDI, *Historie Ferraresi*, 1646; Auszüge aus Sardi in HANNOVER *NLB* Ms XXIII 181 2,5, Bl. 19. 3 voyage: Pigna berichtet in der Widmung seines Buches an Herzog Alfons II. über Falletis Forschungsreise, deren Resultate in seine eigene Darstellung nach Falletis Tod eingegangen seien. G. B. PIGNA, *Historia de principi di Este*, 1572, unpaginiert [S. III]; vgl. I,4 S. 195. 4 Duc: Alfons II. 8 Historiens: Vgl. z. B. Charles Du Cange an Leibniz (7. Februar 1686), I,4 S. 553; Charles-René d'Hozier an Leibniz (28. März 1695), I,11 S. 352. 14 Fribourg: Vgl. Leibniz für G. Corfey (Oktober 1685), I,4 S. 215; G. B. PIGNA, *Historia de principi di Este*, 1572, S. 73, 76; angeblich habe Adelheid, Tochter Ottos I. und Gemahlin Albertos II. von Este, Freiburg mit in die Ehe gebracht. 19 Vgl. G. B. PIGNA, *Historia de principi di Este*, 1572, S. 181; vgl. Leibniz an F. Palmieri (12./22. November 1695), I,12 S. 141; nach W. K. V. ISENBURG, *Stammtafeln zur Geschichte der europäischen Staaten*, Bd. II, 1956, Tafel 122, hatte Markgraf Aldobrandin I. neben Beatrix, die mit dem ungarischen König Andreas II. verheiratet war, auch eine Tochter Alessina, über die weitere Angaben fehlen. 24 Elisabeth: Unter Leibniz' Aufzeichnungen, verschiedene Welfenfürsten mit Namen Albrecht betreffend, findet sich auf einem Exzerpt die Notiz, daß Elisabeth Herzog Albrechts erste Gemahlin gewesen sei (vgl. HANNOVER *NLB* Ms XXIII 260, Bl. 13^r). Leibniz verweist dort auf CHR. BUTKENS, *Trophées, tant sacrés que profanes, de la duché de Brabant*, T. 1, 1641, S. 245. 24 Adelheide: Unter den *aliis Schedis ad Duces Brunswicenses spectantibus* (Th. Smith an Leibniz, März 1695, I,11 S. 344), die Leibniz aus Th. Rymers Sammlung im Frühjahr 1695 erhalten hat, dürften sich auch Urkunden zur Heirat Alberts des Großen mit *Alaisia* (Th. RYMER, *Foedera*, T. 1, 1704, S. 838), der Schwester des Markgrafen von Montferrat (ebd. S. 751 und 775) befunden haben, dessen Name allerdings an diesen Stellen nicht genannt wird. In dem von Leibniz nach dem Erstdruck von 1566 unter dem Titel *Chronicon principum Brunsvicensium rhythmicum antiquum* edierten Text der *Braunschweigischen Reimchronik* heißt es schon, daß Albert in England *Adelisse* geheiratet habe, ferner erfolgt die von Leibniz wiederholte – unrichtige – Angabe über den Bruder: *Marggraue Ottho von Montefarra Sagt mann das ihr bruder were*, in *Scriptores rerum Brunsvicensium*, Bd. 3, 1711, S. 141. Auch noch an anderer Stelle lagen gedruckte Angaben über die beiden Gemahlinnen Alberts des Großen vor: *Chronica serenissimum ducum Brunsvicensium*, in: *Antiquitates Brunsvicenses*, hrsg. von J. J. MADERO, 1678, S. 20 f. Nach W. K. V. ISENBURG, *Stammtafeln zur Geschichte der europäischen Staaten*, Bd. II, 1956, Tafel 136 heißt die mit Albrecht I. verheiratete Tochter des Markgrafen Bonifaz III. Alessina.

(Soeur d’Otton Marquis de Montferrat,) qui l’a survécu: |S. 10| car elle vivoit encor l’ann 1280. et s’appelloit, *relictam Ducis de Brunswich*. Il l’avoit épousée en Angleterre. Nous avons des bons temoignages de tout cela, et cette alliance semble avoir donné occasion à celles de leur petits enfans, Henry et Adeleide, enfans de Henry fils ainé d’Albert le Grand.

5 Puisque cette Adeleide devint Imperatrice d’Orient par son Mariage avec Andronique le jeune, et qu’on croit que son frere Henri surnommé de Graecia, à cause de ses voyages, épousa à Constantinopole Marie Princesse de la famille Royale de Chypre. Et enfin son fils Otton fut mari de Jeanne Reine de Naples, et en estat de se maintenir dans ce Royaume sans les bouleversemens extraordinaires qui y arriverent.

10 Ainsi ce mariage d’Albert Duc de Brunsvic avec une Princesse d’Este, appelée Alesine, ne se trouvant point veritable; on peut asseurer qu’il n’y a eu aucune alliance entre ces deux branches de la posterité d’Azon. C’est pourquoy le mariage qui a esté conclu presentement entre les Altesses Serenissimes de Rinalde Duc de Modene et de Regio etc. et de Charlotte Felicité Princesse de Brunsvic et de Lunebourg, est remarquable en ce qu’il

15 renouvelle l’union entre ces deux grandes branches d’un même arbre, qui sont séparées depuis prés de 700. ans. Et j’ay crû pour cela, qu’on y pourroit appliquer la Devise, que je joins icy pour la soûmettre à vôtre jugement. C’est une grande riviere separée en deux bras, qui sont reunis bien loin de là par un canal, avec ce mot: COMMERCIA REDDIT. Car un Canal est pour le commerce des nations, et ce |S. 11| mariage rétablit celuy de deux

20 grandes Maisons, qui ne sont qu’une même, à le bien prendre. On a trouvé cette Devise

2 *relictam . . . Brunswich.*: TH. RYMER, *Foedera* I,2, 1704, S. 580 und 588. 2 Angleterre: Hochzeit am 1. November 1266 in Kenilworth, dazu A. BÄHR, *Albrecht I.*, in: Jahrbuch des Geschichtsvereins für das Herzogtum Braunschweig 13 (1914), S. 38. 6 Graecia: Der Beiname von *Griechenland* kam erst im 17. Jahrhundert auf, P. ZIMMERMANN, *Das Haus Braunschweig-Grubenhagen*, 1911, S. 11 f. 7 Marie: Der Name der zyprischen Prinzessin war vermutlich Heilwig, P. ZIMMERMANN, *Das Haus Braunschweig-Grubenhagen*, 1911, S. 11. 9 bouleversemens: Otto, gen. der Tarentiner, seit 1376 mit Königin Johanna von Neapel verheiratet, versuchte vergeblich, das Königreich zu verteidigen, nachdem Papst Urban VI. Neapel 1380/81 Johanna entzogen und an Karl von Durazzo übertragen hatte.

propre pour une Medaille, dont l'autre costé porte cette inscription Historique: MATRIMONIO CONTRACTO INTER REGINALDUM I. DUC[EM] MUTIN[AE] ET REG[II] ET CARLOTAM FELICITATEM PRINC[IPESSEM] BRUNSVIC[ENSEM] ET LUNEBURG[ENSEM] RECONJUNCTAQUE VIIMO DIVERGII SEculo ATESTINA GENTE. HANOVERAE XVIII. NOV[EMBRAE] MDCVC. 5

Vous y voyés, Monsieur, comme la riviere qui represente la branche d'Allemagne, est du costé du Nord à la facon des cartes Geographiques, et fait des tours plus grands: au lieu que l'autre, qui marque la branche d'Italie, est demeurée plus près de la source. Le Lion indique la Maison de Brunsvic, et l'Aigle fait connoistre celle d'Este d'Italie. On a mis dans le vuide du champ un sceptre, des couronnes, et autres ornemens de la Maison. Il y a une couronne Imperiale, car la Maison a eu deux Empereurs et deux Imperatrices. Une Royale est au dessous, soit à cause de Frederic, qu'on peut appeller Empereur, cinquième de ce nom, selon l'usage d'aujourd'hui, mais Roy des Romains suivant l'ancien style; soit à cause d'Otton de Naples. On y voit aussi la marque d'une dignité acquise depuis peu: c'est le bonnet Electoral, mis vis à vis de la couronne Ducale. Enfin on y a adjouté d'autres 15 anciennes marques d'honneur des Duchés, qui sont l'épée, la lance et la banniere. etc. etc. Hanover 16. Novemb[re] 1695.

Extrait de l'Arbre de Jean Bapt. Pigna

	Azon		
Azon	Albert Archevêque de Hambourg	Guelfe Duc de Baviere	20
Hugues.	Guelfes. Fulques	Guelfe Henri	
	Guelfe. Obizzon. Fulques		
		Henri Duc de Baviere et de Saxe	25
	Obizzon	Henri le Lion	

¹ Medaille: Vgl. G. BROCKMANN, *Die Medaillen der Welfen*, Bd. 2, 1987, S. 56 f. 11–13 Empe-reurs . . . nom: Neben Otto IV. zählt Leibniz den Herzog Friedrich I. von Braunschweig (1373–1400) zu den Kaisern aus dem Welfenhaus, da er nach Leibniz' Auffassung zum Kaiser gewählt gewesen und nur durch seine Ermordung an der Amtsübernahme gehindert worden sei; vgl. I,6 N. 203 und 260; Leibniz bezeichnet ihn als Friedrich IV. und korrigiert die fehlerhafte Zählung der *Lettre*; vgl. I,12 S. 533. 14 Otton: Als Gemahl der Königin Johanna von Neapel hat Otto der Tarentiner den Königstitel nicht erhalten, P. ZIMMERMANN, *Das Haus Braunschweig-Grubenhagen*, 1911, S. 23. 18–27 Pigna: *Historia de principi di Este*, 1572, unpaginierter Anhang; Leibniz' Ausschnitt beginnt mit *Azzo III. Marchese di Este*. 1013.

Extrait de l'Arbre corrigé

		Azon
Guelfe Duc de Baviere	Hugues Prince du Maine	Fulques
5 Guelfe Henri		Obizzo
	Henri Duc de Baviere et Saxe Henri le Lion.	

Dans l'arbre du Pigna, excepté le Duc Guelfe et sa posterité, il n'y a pas un mot sans
 10 erreur. Albert l'Archevêque estoit d'une toute autre maison. Azon n'estoit pas frere du Duc
 Guelfe, mais Hugues et Fulques l'estoient. Et l'on met icy trois Guelfes pour un. Car deux
 Guelfes fils de deux Azons, et deux Guelfes freres de deux Fulques, ne sont qu'une même
 chose; aussi |S. 12| bien que les deux Azons, et les deux Fulques. Il y a de même deux
 15 Obizzons, fils de deux Fulques, qui ne sont encor qu'une même personne. Apparemment,
 comme on n'avoit point sçû, que le veritable Azon est arrivé à l'âge de 100. ans, et que le
 Duc Guelfe a esté plus âgé que ses frères; on n'a pas vû moyen de concilier les temps, sans
 multiplier quelques personnes.

B. NEUNTE KUR

NK22. OBSERVATIONES AD SCRIPTUM CUI TITULUS EST: INFORMATIO SUPER NONO ELECTORATU

[10. bis 28. April 1695.]

Überlieferung:

- L* Konzept: LH XXIII 2, 11 Bl. 12–17. 3 Bog. 2°. 11 $\frac{3}{4}$ S. Mit zahlreichen Korrekturen und Ergänzungen. 5
- l*¹ Reinschrift von *L*: LH XXIII 2, 11 Bl. 18–26^r. 4 Bog. und 1 Bl. 2°. 16 $\frac{3}{4}$ S. Von H. Chr. Domeiers Hand. Absatznumerierung und zahlreiche Korrekturen von Leibniz' Hand. Am linken Rand oben Notiz von Leibniz »Responsio ad Scriptum ex Aula Bavarica Missum Martij 1695.« 10
- l*² Abschrift von *l*¹: HANNOVER *Niedersächs. HStA* Cal. Br. 24 Nr. 245 I Bl. 156–165^r. 5 Bog. 2°. 19 S. Von H. Chr. Domeiers Hand. Auf Bl. 156^r unten von J. Chr. Reiches Hand: »Fiat Copia«. Geringfügige Korrekturen von Reiches und von Leibniz' Hand (*Lil*²). (Unsere Druckvorlage.) 15
- l*³ Abschrift von *l*²: HANNOVER *Niedersächs. HStA* Cal. Br. 11 Nr. 1226 Bl. 1–12. 6 Bog. 2°. 24 S. Von Schreiberhand. Am oberen Rande von Bl. 1^r: »den 18ten April. 1695.«

Mitte März 1695 traf der in hannoverschen Diensten stehende Agostino Steffani am Hof in Brüssel ein, wo Kurfürst Max Emanuel seit März 1692 als Gouverneur der Spanischen Niederlande residierte. Der hannoversche Gesandte sollte den bayerischen Kurfürsten wie auch seinen Bruder, Kurfürst Joseph Klemens von Köln, dazu bewegen, der Wiederaufnahme Böhmens ins Kurkolleg zuzustimmen und auf die disjunctiva zu verzichten, um den Weg für die Introdution Hannovers in das Kurkolleg zu ebnen (Instruktion vom 19. Februar/1. März 1695., HANNOVER *Niedersächs. HStA* Cal. Br. 24 Nr. 240). In diesem Zusammenhang machte Steffani Anfang April 1695 den hannoverschen Hof mit der von dem kurbayerischen Rat Korbinian von Prielmayr von Priel verfaßten »Informatio super 9. Electoratu et iis quae ratione Catholicae Religionis consideranda occurrunt« bekannt (vgl. unsere Ausgabe I,11 N. 30, Stückeinleitung). Nach Erhalt einer Abschrift dieser Abhandlung (HANNOVER *Niedersächs. HStA* Cal. Br. 24 Nr. 245 I Bl. 98–106) aus Brüssel kündigte Ernst August seinem Gesandten Steffani am 10. April dazu einige Ausführungen an, mit deren Anfertigung Leibniz durch Jobst Christoph Reiche beauftragt wurde (I,11 N. 30). Die »Observationes« wurden Steffani mit kurfürstlichem Reskript vom 28. April 1695 zugeleitet. Aufgrund der veränderten politischen Stimmung in Brüssel – Max Emanuel hatte sich unter gewissen Voraussetzungen Mitte April zum Verzicht auf die disjunctiva bereit erklärt – wurden die »Observationes« mit der Billigung von Ernst August jedoch zurückgehalten (Reskript vom 15. Mai: HANNOVER *Niedersächs. HStA* Cal. Br. 24 Nr. 240 Bl. 98–101; vgl. dazu auch I,11 N. 38). 20
25
30

Leibniz versah die ihm offenbar zugegangene Abschrift der Deduktion Prielmayrs, die wohl nach der dem hannoverschen Hof durch Steffani übersandten Nachschrift angefertigt wurde, mit dem Vermerk »Scriptum ex Aula Bavarica missum Martii 1695« (LH XXIII 2, 11 Bl. 1–6). Aufgrund der Fehlerhaftigkeit dieser Abschrift führen wir die entsprechenden Belege nach der aus Brüssel stammenden Abschrift der
 5 »Informatio« an (HANNOVER *Niedersächs. HStA* Cal. Br. 24 Nr. 245 I Bl. 98–106).

Observationes ad Scriptum cui Titulus est: *Informatio super Nono Electoratu, et iis quae ratione Catholicae Religionis consideratae occurrunt.*

(1) Quemadmodum credi par est, *Informationem* bono animo scriptam esse; ita spes est non ingrati vicissim fore informationem ulteriorem, Nam quaedam circa facti notitiam resque in Imperio gestas paulo aliter se habent, quam ad Scriptorem fuit relatum, et
 10 quod durius alicubi de Protestantium consiliis iudicat, videtur ex praeiudiciis natum quae rectius instructus facile deponet.

(2) *Aatholicorum* nomen quod passim in *Informatione* occurrit, non est usitatum inter illos qui negotia publica tractant; tantumque in libris controversiarum odiose scriptis
 15 adhibetur; nec ferri a Protestantibus patienter potest, cum contineat accusationem haereseos aut Schismatis, in qua neminem oportet esse patientem. Protestantes non discessere ab Ecclesia Catholica et Apostolica, etsi quosdam, ut ipsis videtur, abusus non probent.

(3) Quod dicitur per auream Bullam *Sacrum Collegium Electorale debere constare ex Septem Principibus*, et eos qui in *jus Publicum* aureamque Bullam in individuo scripserunt, *probare conatos, nec augeri numerum nec minui posse*; id paulo aliter se habet. Nam aurea Bulla non debiti meminit, sed tantum recepti ab antiquo usus. Et difficile fuerit nominare Scriptorem juris publici, qui talem immutabilitatem defendat; Nam ea tantum
 20 immutabilia esse omnes sciunt, quae sunt juris divini.

6 *Überschrift* (1) Considerationes (2) observationes L 8 Quemadmodum (1) non dubitamus (2) dubium non est (3) credi . . . est L 8 f. spes (1) non ingrati fore si ulterior ei accedat informatio: (2) est L 9 ulteriorem, (1) cum scriptor ejus in quibusdam occasione perfectae facti notitiae non habuisse videatur, et quaedam de Caesare deque Electoribus et toto protestantium corpore sibi (a) per (b) ex zelo cr (2) cum scriptor alicubi occasione perfectae facti notitiae circa res in Imperio gestas caruisse videatur (3) Nam L 10 se (1) habere videntur (2) habent L 11 de (1) protestantibus (2) protestantium *Lil*¹ 11 praeiudiciis | alienis, *gestr.* | L 13 nomen (1) Protestantes pro injurioso (2) quod (a) a script (b) passim . . . *Informatione* (aa) adhibetur (bb) occurrit L 14 tractant; (1) sed scriptoribusque controversiarum odio (2) nec (3) tantumque apud contr (4) tantumque L 15 contineat (1) exprobrationem L (2) accusationem *Lil*¹ 17 quosdam | graves *gestr.* | *Lil*¹ 23–S. 35.2 divini. *Absatz* (1) Narrat deinde octavi et Noni Electoratus Erectionem et affirmat tres ex dominis Electoribus | Romano-Catholicis *gestr.* | noluisse consentire, nisi cum Nono Electoratu Brunsvicensi simul decimus Romano-Catholicus crearetur, ex principe potissimum Ecclesiastico, sed haec narrata non satis firmo per omnia stant talo, quibus tamen nunc immorari opus non est L (2) (4) Narrat . . . memorat *Lil*¹

18–20 Quod . . . *posse*: »Informatio super 9. Electoratu et iis quae ratione Catholicae Religionis consideratae occurrunt«, zitiert: »Informatio«, Bl. 98. 21 aurea . . . usus: *Bulla aurea Caroli IV.*, z. B. Kap. I,1 und II,4.

(4) Narrat deinde (post octavum) Noni Electoratus erectionem, et hujus gratia memorat, Conclusum Electoralis collegii quod *circa quaestionem*, An novus Electoratus sit creandus, per majorem numerum suffragiorum, *Affirmative* factum fuit. Ubi tamen Eminentissimus Moguntinus, ac Serenissimus Bavarus Electores reservationem quandam ad-
 jecerint, ut *novus* crearetur Elector Romano-Catholicus, si alterutra *linea* Palatina, vel *Guilielmina* scilicet, vel Rudolphina Romano-Catholica, extingueretur; cum *Serenissimi* [. . .] *Electores Saxo et Brandenburgicus* sufficere judicarent, ut talis subrogatio fieret, quando utraque linea esset extincta, Unde factum ut illi *clausulam* disjunctivam, hi *conjunctivam* probare dicerentur.

(5) Equidem hanc *disjunctivae* reservationem scriptor informationis vocat *conditionem*: hoc tamen sano sensu, nec stricta verborum significatione accipiendum est. Nam conclusum Collegii Electoralis purum fuit, nullaque conditione suspensum, et ab Augustissimo Caesare pro puro fuit acceptum; creatioque actualis secuta, et ab illis ipsis Dominis Electoribus agnita fuit; salvis illis, quae deinceps absolvenda reservabantur.

(6) Addit Informatio Imperatorem dum conjunctiva se contentum Protestantibus ostendit, *rationes Politicas* [. . .] *suae* Domus fuisse secutum; sed duos dominos *Electores*, Moguntinum et Bavarum *omni posthabito politico et privato commodo*, [. . .] *rei Catholicae ejusque securitati prospicere* studuisse; *Verum enim vero*, multi pii et prudentes viri judicarunt, quod et mox amplius ostenditur, – ipsum Augustissimum Imperatorem Religioni suae sufficienter consuluisse. Ut adeo duo isti Domini Electores tuto et salva conscientia exemplum ejus sequi possint.

(7) Quod de *Tractatibus inter Invictissimum Imperatorem, et Serenissimum Electorem Brunsvicensis* [. . .] *conclusis*, adducitur, id minus certis rumoribus vel scriptis in vulgus sparsis nixum est.

7 et (1) Bavarus L (2) Brandeburgicus Lil¹ 9 *conjunctivam* (1) desiderare (2) probare L 9 f. dicerentur Absatz (1) Et illorum Clausu (2) Priorem quidem L (3) Hanc quidem (4) Equidem . . . disjunctivae Lil¹ 13 fuit (1) habitum (2) acceptum L 15 (6) (1) Qvod ait L (2) Addit Lil¹ 15 f. dum . . . ostendit erg. Lil¹ 18 f. studuisse; (1) id speciem quendam obliquae accusationis habet contra Imperatorem; sed praestat tamen haec benignius interpretari, et animo non malo dicta credere, nam L (2) verum . . . ostenditur Lil¹ 20 sufficienter (1) prospexisse L (2) consuluisse Lil¹ 24–S. 36.6 est. | Neque enim tenetur Dominus Elector omni modo allaborare ut corona Bohemica in Collegio Electorali indiscriminatim (a) reintroducatur, L (b) introducat, Lil¹ et multo minus juri voti liberi in Electione Regis Romanorum renuntiavit aut renuntiare potuit; cuius vigore obligatur ad eligendum eum, qui Reipublicae est utilissimus. Praesertim cum utilitatem publicam et magnitudinem Domus Austriae ea in re valde conjunctas esse omnes agnoscant. *gestr. Lil²* | 01 Porro refert informatio Aulam Caesaream occasione dissensus in Electorali Collegio, (sic ipse introductionem Bohemiae omnimodam in collegium proposuisse, quod an factum sit ex concordato cum dominis Electoribus dissentienti (2) Putat autor informationis Dominos Electores Protestantes sine ullo detrimento suae partis introductioni Bohemicae assentiri posse; praesertim cum Regi Bohemiae jam competat jus Eligendi. Sed si rerum vim magis quam speciem consideremus, reperiemus (3) Putat . . . detrimentum. L

1–3 Narrat . . . fuit: »Informatio«, Bl. 99^r. 2 Conclusum: 17. Oktober 1692. 3–11 Ubi . . . conditionem: »Informatio«, Bl. 99^v–100^r. 3 f. Moguntinus: Anselm Franz von Ingelheim. 4 Bavarus: Maximilian II. Emanuel. 7 Saxo: Johann Georg IV. 7 Brandenburgicus: Friedrich III. 18 Verum . . . vero: SALLUST, *Conjuratio Catilinae*, Kap. 2,9; 20,10. 22 f. Quod . . . conclusis: »Informatio«, Bl. 101^r. 22 f. *Tractatibus* . . . *conclusis*: Ergebnis der Verhandlungen war der Kurtraktat (22. März 1692).

(8) Putat Autor *informationis*, si conjunctiva clausula una cum introductione Bohemica concedatur, *non tantum nihil* perdere Protestantes, sed etiam *successu temporis* lucratos. Unde infert hoc modo non satis prospici Romano-Catholicis, adeoque opus esse disjunctiva. Sed rem attentius intuenti clare apparebit, multum decedere Protestantibus per
 5 Solam conjunctivam; et accedente introductione omnimoda Bohemiae, duplicari detrimentum.

(9) Nempe per clausulam conjunctivam perdent Protestantes ius | : ut sic dicam : | expectativum reversionis ad statum antiquum in Collegio Electorali, quod tamen pace Westphalica ipsis fuit conservatum. Id vero jus in eo consistit, ut extinctis ambabus lineis
 10 Electoralibus Palatinis Romano-Catholicis; superstitionibus vero Principibus Palatinis Protestantibus; res redeat ad unum Electoratum Palatinum, eumque Protestantem. Ut ita statum suum in Collegio Electorali perfecte Protestantes recuperent, qualis fuit ante bellum tricennale, Nec Romano-Catholicis jus sit hoc impediendi aut aequivalens postulandi.

(10) Quia vero stante simul jure Reversionis et Nono Electoratu, revera lucrarentur
 15 nostri et conditionem suam eveniente conjunctivae casu meliorem facerent, quam fuit ante bellum tricennale; ideo Domini Electores Protestantes animum suum aequum ostensuri consentiunt, ut eo casu novus Elector Romano-Catholicus creetur. Atque ita etiam in casu illo, maxime Romano-Catholicis contrario, non plus haberent Protestantes quam habuere ante magnum bellum Germanicum, quia Romano-Catholici eos uno adhuc suffragio vin-
 20 cerent, ut olim.

(11) Eadem ex ipsa *Informatione* consequuntur, nam fatetur ejus autor, Dominos Electores, qui disjunctivam clausulam desiderant, velle Romano-Catholicae *Religioni* pro-

4 rem (1) accuratius (2) attentius L

1–3 Putat . . . lucratos: »Informatio«, Bl. 100^v. 10 f. Protestantibus: protestantische Linien der rudolfnischen Wittelsbacher waren 1695 Zweibrücken-Kleeburg und Zweibrücken-Birkenfeld.
 11 Palatinum: Der Westfälische Friedensvertrag (*Instrumentum Pacis Osnabrugense*, Art. IV,9) sah vor, daß bei Erlöschen der bayerischen (wilhelminischen) Linie der Wittelsbacher deren Kurstimme ersatzlos fortfallen sollte. 21–S. 37.1 Dominos . . . *abundantiam*: »Informatio«, Bl. 102^v.

spicere *per abundantiam* ut ipsa verba sonant. Unde sequitur per conjunctivam eidem religioni prospectum esse ad sufficientiam; neque adeo Dominis Electoribus protestantibus imputari posse quasi huic clausulae inhaerendo sese inique gerant. Sed nec astringi obligarive eos ex quodam reciproci debito, ut ultra conjunctivam concedant etiam introductionem Bohemicam, qua utique Romano-Catholicorum potentia in Electoralis Collegii 5 deliberationibus plurimum cresceret.

(12) Quod si non tenentur Protestantes ad concedendam hanc introductionem Bohemicam, multo minus tenebuntur ad concedendam disjunctivam. Et, si ad illam Bohemiae admissionem ostendendae optimae suae voluntatis gratia sese induci patiantur, disjunctivae tamen sine nimio suae partis praejudicio assentiri non possunt. Esset enim hoc concedere 10 Romano-Catholicis non tantum sufficiens ut in clausula conjunctiva, imo non tantum abundans ut in introductione Bohemica; sed potius aliquid superabundans, quod tenderet ad stabiliendum perpetuum dominatum praegravantem Romano-Catholicae partis.

(13) Idque etiam non dissimulat ipsemet autor *Informationis*. Imo secundum ipsum, Domini Electores disjunctivam desiderantes magnum aliquid, et protestantibus grave, sibi 15 proponunt; si quidem ut ipse narrat, volunt *faciem collegii Electoralis* in praesenti statu *semper* conservari, in quo per extinctionem lineae Electoralis Palatinae Protestantis novissime collocavit *providentia*; atque adeo divinae voluntatis velut indicio moniti, postulant, ut quoties Romano-Catholicus Elector decedit, alius talis surrogetur; ne unquam Protestantes simili ratione, qua Romano-Catholici lucrati sunt, lucrari aliquid vicissim possunt. 20

3–6 gerant. (1) Hinc etiam consequens est, sacratissimam Majestatem Imperatoris satis abundeque religioni suae prospexisse, dum praeter id quod sufficit (: clausulam nempe conjunctivam :) aliquid adiungit abundans, Bohemicam scilicet introductionem. Et proinde alii Domini Electores Romano-Catholici tuti sunt in conscientia, et sine suae religionis detrimento iisdem contenti esse possunt. | Non est argumentum ad hominem *am Rande erg. und gestr.* | Absatz Unde apparet, (a) non teneri (b) nulla obligatione astringi Dominos Electores protestantes, ut ultra conjunctivam etiam concedant introductionem Bohemicam, (aa) eaque in re si persuaderi se patiantur, documentum animi benevoli et ad concordiam praeberi dare. (bb) quia utique Romano-Catholicorum potentia in Electoralis Collegii deliberationibus plurimum augetur. Absatz Neque enim introductio ista parvi momenti putanda est, licet Rex Bohemiae suffragium in Electione Regis Romani iam habeat. Nam oportet magis rerum vim quam speciem externam intueri. Manifestum autem est, deliberationes Collegii Electoralis prope quotidianas esse, et totum Imperii, imo Europae statum attingere, electiones vero raro contingere, et persaepe vel electione Regis Romani vel ipsa rei natura sic temperari, ut facile appareat quorsum iri sit consultum, unde votum collegiale promiscuum comparatione voti electivi non esse contemnendum patet. (2) Sed . . . cresceret *Lil*¹ 4 eos *erg. Lil*² 6 plurimum (1) crescit (2) cresceret *Lil*¹ 9 ostendendae . . . gratia *erg. L* 10 sine (1) magno *L* (2) nimio *Lil*¹ 14 (13.) Id *l*³ 15 desiderantes (1) aliquid disjunctiva multo majus graviusque (2) magnum . . . grave *L* 18 divinae . . . postulant, *erg. L*

16–18 si . . . *providentia*: »Informatio«, Bl. 102^v–103^r. 17 Protestantis: Mit dem Tod des Kurfürsten Karl II. 1685 endete auch die protestantische Linie Pfalz-Simmern.

(14) Sed dubitari merito potest, an haec sit certa et genuina mentis tantorum principum, imo divinae voluntatis interpretatio; quandoquidem tale postulatum prima statim fronte iniquitatem prae se fert, ut scilicet quod Romano-Catholicis profuit, Protestantibus vicissim prodesse non possit. Manifeste scilicet injustum est, velle excludere Protestantes
 5 ab aequo jure fructum capiendi ex dispositionibus providentiae qualem Romano-Catholici inde percepere; praesupponendo tacite Deum non aequae ipsis ac Romano-Catholicis favere posse, quod est principium petere, et assumere aliquid in mundanis certe rebus interdum experientia satis refutatum.

(15) Quod si tale principium Romano-Catholici in collegio Electorali ad Legis instar
 10 stabilire velint, multa admodum dura hinc nascerentur. Nam reperientur mox homines, qui praerogativam tam extraordinariam suae partis etiam ad alia porrigere volent, et ubi semel casu aliquo pro tempore aliquid a Romano-Catholicis obtinebitur, dicent providentiam velut indice *digito* |: ut loquitur »Informatio« :| monstrasse quid facere debeant, ne beneficium ejus contemnere, aut voluntati reluctari videantur. Unde sequerentur multiplices
 15 abusus divini nominis ad palliandos humanos affectus accommodati; quales Gallis familiares erant victorias suas pristinas pro divinae approbationis signo venditantibus.

(16) Praeterea postulatum hoc tenderet ad condendam novam Legem Dominatus seu perpetuae superioritatis praegravantis; ut quemadmodum nunc ferente mutabili rerum cursu duplus est Electorum Romano-Catholicorum numerus, ita semper pars eorum non mediocriter tantum, sed magno et praegravi excessu vincere debeat. Qua ratione id quaeretur,
 20 ut exigua semper Protestantium ratio habeatur, et perdere possint, lucrari non possint; et quidvis facile ipsis occasione commoda extorqueri queat.

(17) Hanc autem tam duram legem eamque perpetuam et universalem praetextu unius singularis Electoratus Protestantibus concessi exigere a ratione alienissimum est et nullo
 25 modo concedi potest.

(18) Nam Electoratus ille novus jam tum suis propriis rationibus validissimis nititur, ut (: conjunctiva excepta :) nihil ultra desiderari jure possit. Quandoquidem maximo cum onere novi Electoris et ingenti cum commodo boni publici fuit erectus.

1 merito (*I*) debet (2) potest *L* 6–8 praesupponendo . . . refutatum. *erg. L* 10 multa . . . nascerentur. *erg. L* 10 hinc (*I*) consequentur (2) nasci possent (3) nascerentur. *L* 16 venditantibus. | aut Turcis pari argumento nitentibus *gestr.* | *Lil*¹ 23 universalem (*I*) occasione (2) praetextu *L* 27 ultra (*I*) quaeri (2) exigere *L* (3) desiderari *Lil*¹

2 divinae . . . interpretatio: Vgl. »Informatio«, Bl. 102^v, 103^f. 13 *digito*: »Informatio«, Bl. 103^f.
 15 f. quales . . . venditantibus: nicht ermittelt.

(19) Et alioqui hanc urgentissimam causam habuit, quod Protestantes ad paucitatem contemptibilem in Electorali Collegio erant redacti et vix quartam ejus partem faciebant. Multum autem interest, inter evitacionem omnimodae depressionis, quae postulari poterat a parte Protestantium, et inter stabilimentum perpetui Dominatus, quod a parte Romano-Catholicorum per talia principia affectaretur. 5

(20) Praeterea lex perpetui Dominatus in Electorali Collegio tanto magis esset iniqua, quanto magis abhorreret ab Instrumento pacis, cujus primarius scopus fuit, ut jus aequum esset utriusque partis. Nec tempore tractatum Westphalicorum quisquam talia postulare ausus fuisset. Quod adeo verum est, ut pax Westphalica ad aequum jus utrinque magis conservandum velut Regulam constituerit: in rebus ad religionem pertinentibus non debere haberi rationem majoris numeri Suffragiorum. 10

(21) Protestantes tamen hactenus alieni fuere ab hujus regulae abusu, summaque moderatione permisere, ut plurima tanquam separata a religionis causa, majoribus votis definirentur, quae tamen per interpretationem ad religionem trahere potuissent, si ea methodo uti voluissent quae nunc in Negotio noni Electoratus contra ipsos a quibusdam 15 adhibetur, itaque aequum est neque religionis negotium in re satis remota immodice contra eos urgeri, neque pluralitatem votorum nimis affectari.

(22) Sequitur ut periculum consideremus quod Autor *Informationis* ex sola conjunctivae clausulae admissione Romano-Catholicis imminere arbitratur. Fingit scilicet vel supponit extingui omnes principes Palatino-Bavaro Romano-Catholicos. Supponit etiam Regem *Sueciae* [. . .] *Electorum* et ditones obtinere. Hoc posito *quinque* [. . .] *adhuc* [. . .] *forent* [. . .] *vota* Romano-Catholica, et *quatuor* Protestantia. Sed haec quatuor illis quinque putat ob potentiam praevalitura, quod Rex Sueciae Palatino-Bavaris terris auctus, cum Saxone, Brandenburgico, et Brunsvicensi plus possint, quam tres Ecclesiastici cum Rege Bohemiae et novo Electore creando. 25

2 contemptibilem L contestibilem l³ 3 quae (1) quaesita est (2) desiderari (3) postulari poterat L
4 inter (1) acquisitionem (2) stabilimentum L 5 talia (1) postulata intenderetur condendi (2)
principia L 12 Protestantes (1) quidem L (2) tamen Lil¹ 16 f. adhibetur, (1) Sed si Romano-
Catholici talia eos docent et ex negotio Electoratus religionis causam |qvavis occasione erg. | faciunt,
cogent protestantes (a) Simili Methodi ad (b) eodem principio vicissim uti, |sibi jus attribuere dijudicandi
quid pertineat ad religionis suae conservationem, gestr. | nec pluralitatem suffragiorum in rebus religionis
suae per consequentiam (licet remotam) (aa) periculum (bb) praejudicium afferentibus agnoscere. Prae-
sertim cum videant usque adeo votorum pluralitatem contra se urgeri et affectari L (2) itaque . . . affec-
tari. Lil¹ 17 f. affectari. Absatz (1) Superest L (2) (22) Sequitur Lil¹ 22 Sed . . . quinque erg. Lil¹

7 f. primarius . . . partis: *Instrumentum Pacis Osnabrugense*, Art. V,1. 10 f. in . . . Suffragiorum:
Instrumentum Pacis Osnabrugense, Art. V,9 und V,52. 18–25 Sequitur . . . creando: »Informatio«,
Bl. 103. 21 *Sueciae*: das protestantische Haus Pfalz-Zweibrücken regierte 1654–1718 in Schweden.

(23) Sed neque *praepotentia* haec recte se habet, nec si vera foret, hujus loci esset. Hoc enim est transire de genere in genus, et cum argumenta desint propria, aliena mutuari. Sane si de praerogativis legalibus et via juris quaeritur, praevalerent adhuc Romano-Catholici numero scilicet suffragiorum; Si vero de via facti et potentia agatur, frustra quaeritur de Electoratu, cum eadem sit realis ditionum potentia, sive desit ille Principi, sive accedat.

(24) Praeterea si fingeremus Novum Electoratum non fuisse creatum, nonne res eodem propemodum loco foret, ubi ad eum casum devenisset? Nam ab una parte essent tres Ecclesiastici, cum Rege Bohemiae, ab altera parte esset Rex Sueciae cum terris Palatino-Bavaris, tum Saxo et Brandenburgicus. Et quemadmodum ex parte Protestantium deesset Brunsvicensis; ita ex parte Romano-Catholicorum deesset novus ille Elector creandus. Itaque non est quod de Brunsvicensi Electoratu querantur.

(25) Sed ipsam autori creditam praepotentiam examinemus. Haec inter alia supponit unionem Regni Sueciae cum terris Palatino-Bavaris, Sed quis non videt nihil esse incertius? Palatina domus non admodum firmas radices egit in Regno Sueciae, cum omnis spes unico Regis filio nitatur. Facilius autem est, hunc unum extinguere, quam omnes Palatino-Bavaros Romano-Catholicos.

(26) Sed ponamus fieri hanc conjunctionem cum Suecia quae velut ad terriculamentum proponitur: quis non videt ob locorum intercapedinem non tantum potentiae accessurum quantum videri queat? Nam regionum natura divulsarum unio non nisi moralis in uno scilicet regnante, caret vinculo naturali, in quo corporis velut anima consistit, praesertim cum tot alii Principes sunt interpositi, cum quibus variae simultates incidere possunt.

(27) Quod si vicissim potentiam Romano-Catholicorum Electorum consideremus, nemo est qui non videat, vel solum Regem Bohemiae totius Austriacae Domus magnitu-

12 querantur. |Imo (quod est consideratu dignissimum) dici vere potest in casu huius eventus meliori loco fore rem Romano-Catholicam per nonum Electoratum quam sine illo fuisset futura. Nam si protestantibus accedit Brunsvicensis, Romano-Catholicis accedere potest alius, Brunsvicensi fortasse potentior, is scilicet quem tunc Imperium denominabit. Credibile autem est curaturos Romano-Catholic[o]s ut potens princeps denominetur. *gestr.* | *am Rande*: omittatur occasio potentioris eligendi. *gestr.* | *Lil*¹ 21–23 consistit, (1) Nec dubium est hoc quaecumque tandem sit Sueciae incrementum vicinis eius, id est ipsis Protestantibus |proportione magnitudinis suae *erg. Lil*¹| suspectum futurum, atque animorum conjunctioni obstitutum, eoque minus Romano-Catholicis metuendum fore. *L* (2) praesertim . . . possunt *Lil*¹

1 *praepotentia*: »Informatio«, Bl. 103^v. 12 *Erl. zum Textapparat*: curaturos Romano-Catholicus *L*, ändert Hrsg. 13 f. Haec . . . Palatino-Bavaris: »Informatio«, Bl. 104^v. 16 filio: Der spätere Karl XII., ältester und einziger überlebender der fünf Söhne Karls XI., fiel 1718 im Großen Nordischen Krieg, ohne einen eigenen Erben zu hinterlassen.

dine subnixum, omnibus Electoribus Protestantibus, simul et cum Suecia sumtis, praepol-
lere. Neque Ecclesiasticorum Electorum mediocres esse vires cum tot alii insignes plerum-
que Episcopatus jungantur. Ut jam de Electore aliquando in casu evenientis conjuncti-
vae adhuc denominando nihil dicamus.

(28) Postremo totius Europae ratione habita, Romano-Catholicam partem sine con- 5
troversia praevalere constat, et mox fusius dicitur. Huc autem res redit potius, quam ad
considerationem Electoralis Collegii, si non de numero suffragiorum, sed de potentia partis
quaeratur.

(29) Ait autor, Romano-Catholicos posse dissentire *inter se*. Quasi Protestantes inter 10
se dissentire non possint. Accedente praesertim scissione circa religionem inter Evange-
licos et Reformatos, de qua mox plura.

(30) Nec contentus suppositione casus evenientis conjunctivae, addit novam extin-
guendorum forte Austriacorum suppositionem, qui Bohemiam tenent. *Quis*, inquit, *futuris*
seculis pro Bohemia *spondebit*, *si Serenissimam domum Austriacam* extingui, et Bohemis
eligendi Regis reddi *contingeret*? Sed quem obsecro sponsorem similem Protestantibus 15
dabit?

(31) Ponamus tamen evenire casum. Cum itaque constet Bohemiae status ex asse
Romanam Religionem sequi, naturale est novum ejusdem Religionis Regem electum iri;
nisi accumulando fictiones fictionibus miram Religionis revolutionem in Bohemia ipsa, et
quidem superstitibus et florentibus Austriacis contingere ponamus, quod plane ab omni 20
verisimilitudine abest.

(32) Alia longe rerum anno seculi hujus decimo octavo, ad quas provocat
autor, ratio fuit, Nam tunc subsistebant et praevalebant in regno status alterius religionis,
Cujus rei hodie nec vola nec vestigium est.

(33) Quod enim *Zizaniam* quandam vel fermentum nescio quod superesse ait, vel 25
nullum vel exiguum profecto sit oportet, cum tam parum appareat; certe vix paucis annis

3 f. conjungantur. (1) Et quis est qui definire illius in eo casu adhuc denominandi Electoris potentiam
possit, quam non spernendam electum iri jam notatum est L (2) ut ... |aliquando ... conjuncti-
vae erg. | adhuc ... dicamus Lil¹ 6 res (1) quod si ergo non de numero L (2) redit Lil¹
10 possint |soleantqve. gestr. Lil¹| Accedente L 10 praesertim (1) Schismate (2) Scissione L
12 conjunctivae, (1) accumulatur L (2) addit Lil¹ 15 *contingeret*? | Sponsorem ergo exigit, ne unquam
quicquam decedat Romano-Catholicis. gestr. | sed Lil¹ 19 fictionibus (1) novam (2) inexpectabilem (3)
miram L 25 *Zizaniam* ... vel erg. L 25 f. vel nullum, vel erg. J. Chr. Reiche in l¹

9 Ait ... se.: »Informatio«, Bl. 103^v. 12–15 Nec ... *contingeret*?: »Informatio«, Bl. 103^v–104^f.
22 f. Alia ... autor: »Informatio«, Bl. 104^f. 22 octavo: Zwar begannen die böhmischen Unruhen mit
dem sog. Prager Fenstersturz am 23. Mai 1618, die Absetzung Ferdinands als König von Böhmen und die
Wahl Kurfürst Friedrichs V. fanden allerdings erst im August 1619 statt. 25 f. Quod ... appareat:
»Informatio«, Bl. 104^f.

duraturum, extinctis iis, qui vel videre adhuc priora, vel ab his, qui viderunt audire potuere. Et quicquid hoc est, non nisi in plebe est, quae sine exceptione illic servit.

(34) Nec admitti potest quod dicitur provincias *circum circa* esse protestantes, cum magna pars Regni Bohemici Austriam, Bavariam et Poloniam attingat.

5 (35) Veretur etiam magnopere, ne aliquando duo Vicariatus *Imperii* in manus Protestantium proveniant. Sed fingamus hoc evenire, tantum redibunt ad manus priores, nec quicquam fiet quod non sit conforme juri reversionis, in quantum Protestantibus salvum manet.

(36) Praeterea *potestas* Vicariatus legale quiddam sive juridicum est, nihil commune
10 habens cum reali magis potentia et via facti. Nec olim malum sensere Romano-Catholici, quod ambo Vicariatus penes Protestantes essent.

(37) Denique quid omnes illi metus ad nonum Electoratum? Si esset in fatis, ut deberent extingui duae lineae Palatino-Bavaricae Romanae religionis, et vicariatus juris Francici redire ad Protestantes, et Bohemiam ipsam protestantem fieri; an hoc minus fieret,
15 si nonus Electoratus non esset creatus?

(38) Considerare etiam vicissim oportet, Protestantium Electoratus cum sint seculares, non minus esse amissibiles quam Romano-Catholicos. Talis autem casu tanto magis periculosus esset protestantibus, quanto pauciora suffragia habent. Et quod sic amittitur, simul alteri parti accrescit. Et exemplo translati Palatinatus constat, hoc solo Protestantes in
20 Collegio ad nimiam paucitatem fuisse redactos.

(39) Et Protestantes tantum tres habent Electores in universum; contra Romano-Catholici tres habent inamissibiles Electores, Ecclesiasticos nempe; quos ideo patet consi-

13 Bavaricae *erg. Lil¹* 15–17 creatus? *Absatz* 01 Imo quod jam dictum est, et denuo inculcari meretur, (a) mirifice (b) potius prodesset Romano-Catholicis Electoratus Brunsvicensis, quia novi pro sua parte Electoris valde potentis surrogandi occasionem ipsis daret. |ut supra *am Rande erg. u. gestr. Lil¹*| Unde illud quoque notabile consequitur: Romano-Catholicis ipsis utilis esse, hoc quasi jus delectus sibi in eventum servare, quam consumere intempestive, decimum jam nunc Electorem creando, qui fortasse talis non esset, qualem aliquando optarent. *Absatz* Sed considerare nunc vicissim oportet, quam multa protestantibus decedere possint, etiamsi tantum Collegium Electorale spectetur. |(<-) de hoc periculo nihil hic attingendum *am Rande erg. u. gestr. Lil¹*| Nam praeter extinctionem Electoratus Brunsvicensis valde possibilem, generatim dici potest omnes Electoratus protestantes posse ad Romano-Catholicos transire. Nam quod factum est, id fieri potest, ut Princeps aliquis Apannagiatus |vel collateralis *erg. Lil¹*| Romanam Religionem sequatur. Unde jam contingere potest, ut Electoratus ad ipsius lineam devolvatur. Talis autem L (2) Considerare . . . autem *Lil¹* 20 Collegio (1) pene ad summas angustias (2) ad . . . paucitatem L

3 provincias . . . protestantes: »Informatio«, Bl. 104^r. 5 f. Veretur . . . proveniant: »Informatio«, Bl. 104^v. 5 *Imperii*: Das Reichsvikariat stand dem pfälzischen Kurfürsten für das Rheinland, Schwaben und die Länder des fränkischen Rechts zu, dem sächsischen Kurfürsten für die des sächsischen Rechts. 9 *potestas* . . . legale: Vgl. »Informatio«, Bl. 104^v.

deratione futuri, et ipsa certitudine conservationis praevalere. Quibus si jam caeteri Romano-Catholici Electores in computo addantur, Protestantium securitas in altera lance collocata multo minus momenti habebit.

(40) Quae sane omnia ostendunt, quanto major causa foret Protestantibus quam Romano-Catholicis de futuro cogitandi ac sibi prospiciendi omnique conatu, dum licet anitendi ut religionis suae autoritas etiam in Collegio Electorali sarta tecta servetur. 5

(41) Itaque dubitari potest, an consultum sit, nimis anxie omnia contra protestantes conquiri, ne et ipsi multo justiores graviusque metuendi rationes attentius considerare conantur, quarum aliquas sane maximas mox attingemus.

(42) In primis autem suspiciones auferentur, atque exacerbarentur animi, si viderent 10 Protestantas moderationi suae malam referri gratiam, et optimo animo acta sinistra interpretationibus in deterius rapi. Quemadmodum ab illis factum est, a quibus auctori *informationis* persuasum fuit, protestantes *operose et anxie jam a multis annis* quaesivisse, ut in *Electione Regum Romanorum* [. . .] *alternatio introducatur*, idque patere ex actis et actitatis. Sane si ulla in re, hic certe »Informatio« illa ulteriore indiget informatione, cum 15 prorsus inauditum sit tale quid unquam ab illis tractatum fuisse.

(43) Idemque ab omni verisimilitudine abhorreere res ipsa clamat, nunquam enim consensissent vel Evangelici vel Reformati, ut alter prae altero palmam tulisset. Et vero duo Electores Reformati erant, non nisi unus Evangelicus, cujus tamen aula quantum Reformatis contraria fuerit, nemo ignorat. 20

(44) Unde constat, ipso Unionis tempore cum maxime invicem animi exarsissent, ab his qui arcana consilia agitabant, quaesitum, ut Dux Sabaudiae, vel alius princeps Romano-Catholicus pro Austriaco sufficeretur.

1 futuri (1) illis L (2) et securitatis (3) et . . . conservationis Lil¹ 3 collocata (1) parum ad modum L (2) multo minus Lil¹ 4 causa (1) sit L (2) foret Lil¹ 5 ac . . . prospiciendi erg. Lil¹ 11 acta (1) contortis L (2) sinistris Lil¹ 14 Romanorum L¹ fehlt l² 16 prorsus (1) inauditum (2) novum L (3) inauditum Lil¹ 23 Austriaco (1) deferretur (2) sufficeretur. L

13–15 protestantes . . . actitatis: »Informatio«, Bl. 103^v. 19 Reformati: die Kurfürsten von der Pfalz waren – mit einer Ausnahme – von 1560 bis 1685 reformiert, die brandenburgischen Kurfürsten seit 1613. 19 Evangelicus: Gemeint ist wohl Georg Wilhelm von Brandenburg. Obwohl selbst reformiert und Schwager Friedrichs V. von der Pfalz, orientierte sich der Kurfürst während des Dreißigjährigen Krieges am streng lutherischen Sachsen und führte über weite Strecken eine prokaiserliche Politik. 19 aula: Die reformiertenfeindliche Politik des Berliner Hofes wurde weitgehend vom katholischen Grafen Schwarzenberg bestimmt. 21 Unionis: protestantische Union, defensives Sonderbündnis lutherischer und reformierter Reichsstände (1608–1621). 22 Sabaudiae: In der Hoffnung, sein Herzogtum aus der Umklammerung durch die spanisch-habsburgische Macht in Oberitalien befreien zu können, bewarb sich Karl Emanuel I. nach dem Tod von Kaiser Matthias 1619 als Kandidat der protestantischen Partei um die Nachfolge. Nach der Wahl Ferdinands II. kehrte er auf Druck der Habsburger der böhmisch-protestantischen Partei den Rücken.

(45) Et quemadmodum ante hos motus, ita post quoque, cum utrinque odia deflagrasset, maxima apparuit Protestantium, cum in aliis rebus, tum in negotio Caesareae Electionis moderatio; non tantum erga Romano-Catholicos in universum, sed etiam erga Austriacam domum. Nemoque melius quam ipse Augustissimus Leopoldus meminit protestantium maxime Electorum suffragia Francofurti promptissima certissimaque fuisse.

(46) Ex quibus omnibus apparet, non habere Romano-Catholicos, quod in Electionis negotio metus sibi magnopere a Protestantibus figurent, sed omnium minime a nono Electoratu. Verissimumque est, et ex Actis publicis notissimum a Caesarea Majestate, eum non tam causae Protestantium, quam utilitati rerum Imperii totiusque Christianitatis, deinde meritis impetrantis ejusque domus; ac denique gravissimis oneribus et antea et tunc publicae salutis causa susceptis, fuisse tributum.

(47) Nec sane Protestantes Principes causam Noni Electoratus pro communi habuere, et multi etiam sese opposuere; non facturi, si suam tantopere rem agi judicassent.

(48) Ut mirum adeo sit, dari qui contrarium statuunt et utilitates Protestantium melius ipsismet intelligere sese arbitrentur; quemadmodum sunt, qui rectius et melius rei Catholicae commoda a se curari et intelligi putant, quam ab ipso pientissimo Imperatore.

(49) Unum ad huc superest examinandum quod in *Informatione* objicitur, vires Protestantium praesentes valde praevalere, et *occasione belli* nunc vertentis magis formidabiles reddi. Sed si momenta potentiae recte librentur, contraria potius omnia apparebunt; sive per se spectentur eorum vires, sive belli praesentis consideratio accedat.

(50) Certe Domus Austriaca vel sola omnibus protestantibus posset opponi. Nam continet Imperatorem cum Regnis Hungariae et Bohemiae ac terris haereditariis Germanicis amplissimis, tum regna Castellae et Arragoniae cum aliis intra Hispanias annexis; una cum maximis ditissimisque novi orbis regionibus, Regno etiam Siciliae et Neapolis magnaue Longobardiae parte, ne quid de Burgundico circulo dicamus. Quibus simul sumtis non magnitudine tantum terrarum, sed et numero hominum et opibus inferiores puto omnes

8 a (1) Sacratissima Caesaris L (2) Caesarea Lil¹ 9 quam (1) necessitati L (2) utilitati Lil¹
 9–11 Christianitatis. Absatz (1) ut merita Domus Brunsvicensis (cui negari non poterat, si cui dandus erat) ipsiusque Serenissimi Ernesti Augusti; gravissimaque etiam onera, et antea et tunc publicae salutis causa suscepta nunc non attingamus (2) deinde . . . tributum. L 13 tantopere erg. L 14 contrarium (1) judicent L (2) statuunt Lil¹ 16 curari (1) putant, qvam a pientissimo et (a) pru (b) sapientissimo Imperatore (aa) imo qvam a (bb) imo qvam a ponti (cc) Pontifice maximo ipso. (2) |et intelligi erg. |putant . . . pientissimo |ac prudentissimo gestr. |Imperatore L 17 f. Protestantium (1) valde formidabiles reddi (2) praevalere et (3) praesentes . . . magis L

8 publicis: vgl. dazu Wiener Kurtraktat (22. März 1692), kaiserliche Notifikation (27. Mai 1692), kaiserliche Stellungnahme anlässlich der Kurinvestitur (19. Dezember 1692), *Theatrum Europaeum*, T. XIV, 1702, S. 313f, 318, 335. 17 objicitur: »Informatio«, Bl. 103^v–104^v.

protestantium regiones, quae in parte Germaniae, magna Britannia, duabus septentrionis coronis et foederato Belgio consistunt.

(51) Quod si jam consideremus immensum Romano-Catholicis superpondium a Gallicae coronae maximis et promptissimis viribus accedere: Et regna Lusitaniae ac Poloniae ipsamque Italiam reliquam inque ea Pontificem Romanum cum Republica Veneta et caeteris principibus Statibusque Italis nondum in hunc comparationis calculum venisse, dubitare non poterimus, quin proportione dupla pars Romana alteram vincat. 5

(52) Nec dissimulandum est, ingentem inter ipsos Protestantes in Religionis negotio superesse scissionem, quae tantum valuit, ut saepe Evangelici sese Romano Catholicis adungere maluerint. Quae res maxime Unionis progressus inhibuit, unde magnae in Europa mutationes sunt consecutae, Nam et Palatini infortunium ad Regiam Angliae familiam sese porrexit. Nec causas talium dissidiorum plane sublatas esse constat. 10

Et quod Pontificios quidem attinet, rem breviter conficit, pacemque Ecclesiasticam impossibilem pronuntiat; motus duobus maxime argumentis: nimirum a dogmate infallibilitatis pontificiae; et a cleri consiliis malis; Clerum enim in Romana Ecclesia tantum 15 voluptati et ambitioni litare arbitratur, nulla meliorum cura. Et cum celebris caesareae majestatis nomine quidam Episcopus celebris passim apud protestantes egisset de via munienda ad pacem Ecclesiae, et docti aliquot prudentesque Theologi non aspernanda quaedam afferri judicarent; in alia omnia abit autor Pontificiis igitur mature dimissis ad Reformatos accedit, et controversias quidem minores de ritibus facile componit, sed ma- 20

3 pro . . . nostro *erg.* L 3 f. suprema (I) sapientia (2) intelligentia L 4 conditis (I) videantur (2) ut(i)que inserviant civium felicitati. (3) uti . . . felicitati. L 6 satis vel (I) animadversam (2) explicatam L 6 mirer (I) sed (a) ad (b) ut (aa) redeam (bb) redeamus ad jus faeciale (aaa) Puf (bbb) <sacr> (ccc) sacrum pufendorfianum. (2) Hujus (a) <-> (b) civitatis mirer. (3) Hujus L 7 derivat. (I) Sed nos ad (a) jus (b) faecialem sacrum Pufendorfianum (2) De L 8 sacrum (I) Pufendorfianum (2) redeamus. L 14 motus (I) in <tam> abruptam sententiam (2) duobus L 18 Ecclesiae, (I) et viri aliquot docti et (2) et L

13 Pontificios: vgl. S. V. PUFENDORF, *Jus feciale*, 1695, § 12. 17 majestatis: Kaiser Leopold I. 17 Episcopus: Cristobal de Rojas y Spinola. 18 docti: S. V. PUFENDORF, *Jus feciale*, 1695, § 13, enthält eine ausführliche Polemik gegen G. W. MOLANUS, »Methodus reducendae unionis ecclesiasticae inter Romanenses et Protestantess«, 1683. 20 minores: vgl. S. V. PUFENDORF, *Jus feciale*, 1695, § 69.

jores illas de persona Christi, Coena domini et Praedestinatione docte et studiose expendit. Atque huc demum tendit, ut duas priores de modo quo corporis Christi in Sacra coena participes sumus, si non (solvi,) certe dissimulari posse arbitretur; de postrema secus judicat, nempe absoluti decreti doctrinam cum verae religionis ipsis fundamentis pugnare, 5 deumque nobis alium quam qualis agnosci et coli velit repraesentare, durum, immitem, inamabilem, foedera nobiscum dicis tantum gratia ineuntem, itaque totam hanc doctrinam, quam desereri a Reformatis ad unitatem Ecclesiae necessarium judicat[.] Fuse et curate persequitur, ut non inique a se judicatum ostendat.

Et vero negandum non est, virum doctum et prudentem habuisse iudicii sui causas 10 quasdam non leves. Nam apud Pontificios multa facta constat, quae magis ad dominatum stabiliendum quam ad veritatem tenendam tendere apparet, quod viri graves inter ipsos non dissimulant; praesertim cum pontifices et clerici autoritate sua ad Respublicas conturban-
das aliquando sint abusi; Et qui sese infallibilem habendum judicat, omnem cum dissentientibus tractationem velut a limine excludere videatur. Negari etiam non potest fuisse 15 inter Reformatos, qui de absoluto decreto locuti sunt justo horridius, nec sine piarum aurium offensione. Et quidem, si ita accipias, ut apud deum pro ratione voluntas stare intelligatur, uti in tyranno; certum est nihil esse non tantum falsius, sed etiam deo indignius. Nec fieri potest ut eum amemus, apud quem nulla creditur esse vera bonitas et omnis
expers rationis valet personarum acceptio, dum pauci quasi sorte ducti de communi per-
nicie eximuntur[.] 20

Mihi vero cui semper solenne fuit, omnia qua licet in meliorem partem interpretari, neque exiguum cum viris doctis inter dissentientes, scriptisve eorum commercium inter-
cessit, mitior paulo sententia dudum sedit. Esse scilicet etiam in Romano Clero multos viros doctos et pios, qui non abhorreant a vera pace; neque impossibile habendum, exoriri 25 aliquando in illis partibus viros sapientia et autoritate praeditos, per quos praevaleant qualia Episcopus ille afferebat[.] Certe ad Leopoldi Magni commendationem favebat jam

3 participes (1) fiamus (2) sumus L 5 qualis ... et erg. L 7 quam ... judicat erg. L
8 ostendat. Absatz (1) Ego vero (2) Et L 11 tendere (1) videri possint (2) <videntur> (3) apparet L
11 f. quod ... dissimulant; erg. L 13 aliquando erg. L 13 abusi | quod viri (1) prudentes (2)
graves inter ipsos non dissimularunt erg. und gestr. | ; Et L 17 intelligatur, (1) <-> (2) (a) tanquam uti
(b) uti L 17 tyranno; (1) nihil esse non dicam (2) certum ... tantum L 18 nulla (1) est bonitas (2)
(a) ess (b) esse bonitas | universalis erg. | erga maximam hominum partem; (3) (a) esse (b) creditur
esse | creditur *streicht Hrsg.* | vera bonitas L 19 f. pauci (1) (a) de (b) a decreta <-> (2) sorte quadam
inexplicabili (3) a decreta (a) <-> (b) omnibus comm (c) de communi pernicie eximuntur <s - qv -> ipsa
caeteris (4) quasi ... eximuntur L 22 f. intercessit, (1) coram inspectis (2) mitior L 25 aliquando
(1) pontificem qui qualia Episcopus ille afferebat, etiam publice probet. Certe <-> viros (2) in L

1 majores: vgl. S. v. PUFENDORF, *Jus feodale*, 1695, § 62–76. 26 Episcopus: Cristobal de Rojas y Spinola.

Innocentius XI. Fingamus Regi Christianissimo idem potuisse persuaderi (id enim cur fieri nequierit non video) certe hos triumviros consensu suo omnia mirifice convertere potuisse quis non videt? Humanum paucis vivit genus. Fac pejorem esse clerum, quam ego credo; itaque quanto minus in ipsis futurum esset pietatis, tanto plus futurum esset facilitatis ad sequenda placita potentiorum.

De Reformatis etiam, et absoluto eorum decreto pro caritate Christiana ita iudicandum sensi, etiam cum verba sunt duriuscula (qualia in hac doctrina Lutero ipsi excidere) mentem tamen sic capiendam, ut absurditas atque impietas absit; itaque etiam cum negant ultimam decreti divini faventis rationem a nostris qualitibus bonis, fide scilicet meritivae praevisis esse petendam; non ideo omnes tollere rationes electionis; quasi in deo sit erga alios implacabilis rigor tyranni senis erga alios favor temerarius regis adolescentis, et caeca quaedam *προσωποληψία* in universum; sed hoc tantum sibi eos velle, cum Paulo rationes illas in arcano sapientiae thesauro abditas, nobis imperscrutabiles esse. Ita ut summa DEI bonitas nihil omiserit ad salutem singulorum, quod fieri fas fuerit per rationes majores perfectionis universi. Nobis autem nec minimum superesse cur de nostra dignitate gloriemur.

Quae cum(,) ita sint, operae pretium putavi, ad animorum exacerbationes minuendas morem amicis gerere, qui a me sententiam publice dici petierunt. Quod ita facere institui, ut praeclaro auctori laus sua constet, appareatque ubi dissentimus rationum magis pugnam esse quam animorum.

1 persuaderi (I) (quid enim in eo quod abhorreat (2) (<-) (3) (id L 3 clerum | pontificium *gestr.* | , quam L 6 et . . . decreto *erg.* L 7 sunt (I) horridiuscula (2) duriuscula L 9 bonis, (I) sive quod (idem) est a nostra dignit (2) fide L 10 sit (I) (a) τυρ (b) tyranni rigor aut *προσωποληψία* (2) erga L 11 alios (I) rigor (2) implacabilis rigor L 11 senis (I) aut (2) erga alios L 11 f. adolescentis, (I) sed ration(e)s illas in (2) sed tantum rationes (3) (a) et (b) et caeca . . . rationes L 13 imperscrutabiles (I) pronuntiare (2) esse. L 14 salutem (I) (omnium) quod potuerit (2) singulorum, L 15 universi. (I) Nobis autem nihil esse (2) Nobis L

1 Innocentius: vgl. die Auflistung einschlägiger Schreiben kurialer Würdenträger, die Leibniz bei seinem Besuch in Wiener Neustadt im Juni 1688 gesehen hatte, wie er in dem Brief an Herzogin Sophie vom 7. (17.) Juni 1688 berichtet (I,5 S. 162, Z. 7–15). 1 Regi: Ludwig XIV. von Frankreich. 7 Lutero: vgl. die fast gleichlautende Formulierung in dem Brief vom 4. (14.) April 1696 an Detlev Markus Friese (I,12 S. 536, Z. 16–17) und ähnlich in dem »Extrait d'une lettre à un de mes amis 3 Avril 1696« (ebd. S. 534, Z. 16–17). Bereits in dem Brief vom 20. (30.) November 1695 an Johann Jacob Julius Chuno beruft sich Leibniz in dieser Frage auf M. LUTHERS *De servo arbitrio* (ebd. S. 168, Z. 27). 12 *προσωποληψία*: vgl. Kol 3,25. 12 Paulo: vgl. Kol 2,3.

D203. DE POTESTATE TEMPORALI A CONCILIO TRIDENTINO ECCLESIAE TRIBUTA

[1695 (?).]

Überlieferung:

5 L LH I 19 Bl. 150^r. 6,4 x 10,2 cm.

Mit der Datierung dieser nach 1685, dem Erscheinungsjahr des unten erwähnten Buches von Gilbert Burnet, entstandenen Aufzeichnung folgen wir einem nicht näher begründeten Hinweis im Katalog der Leibniz-Handschriften (Ritter-Katalog).

Memorable est Concilium Tridentinum sibi potestates alicubi tribuere in temporalia Regum jura. Nam sessione 25. c[aput] 19. ubi duella prohibentur, declarat si quis *imperator* Rex etc. *locum* pugnae designet, jus quod habebat in civitatem[,] castrum aliumque locum vicinum *eo ipso* amissurum[.] Observavit hoc Gilbertus Burnet in libello ejus opusculis (Lond[ini] 1685 4^o apud Chiswell editis) inserto, cui titulus: *a letter written upon the discovery of the late plot*. 1678. ubi multa in hoc genere elegantia habentur Etsi exaggerata
15 nonnihil.

11 etc. (1) campum (2) locum L 12 vicinum (1) amissur (2) ipso facto (eunt) (3) eo L

10–12 *imperator* ... amissurum: vgl. Sessio XXV, *Decretum de reformatione generali*, c. 19.
12 Burnet: G. BURNET, *A Letter Written upon the Discovery of the Late Plott*, in: Ders., *A Collection of Several Tracts and Discourses Written in the Years 1678, ... 1685*, 1685, S. 37 (eigene Paginierung).

D218. DE HAERESI FORMALI ET MATERIALI

[Um 1695 (?).]

Überlieferung:*L* Aufzeichnung: LH IV 3,5e Bl. 6^r. Zettel ca. 6,5 x 17 cm. Bl. 6^v leer.

Mit der Datierung der kurzen Aufzeichnung folgen wir einem nicht näher begründeten Hinweis im Katalog der Leibniz-Handschriften (Ritter-Katalog), ohne eine frühere oder spätere Entstehung ausschließen zu können. 5

Aliquando formaliter aliquid tale esse dicitur, quod vere tale est, materialiter quod secus; interdum contra fit. Sic haeresis formalis dicitur vere talis, materialis vero cum error adest[,] sed sine malo animo qui constituit haereoseos formam[.] Sed contra si quis malo animo veritatem amplecteretur, is posset dici haereticus formalis non materialis; dignus poena; etsi non erravit[.] Ita felices interdum sunt lapsus sine errore, qui possent dici errores formales non materiales, qualis mihi nuper calculanti in algebra contigit. Ex falsa ratione, quam defectus attentionis nasci fecerat⟨,⟩ concluderam aliquid, et hactenus male, sed eventu bene. Nam reperi deinde⟨,⟩ si, quod certum credideram, tanquam hypothesis assumeretur, quam sane ob superabundantiam arbitrariarum eligere permissum erat; plurimum contrahi calculum et facilius haberi quaesitum[.] 10 15

9 formalis (I) est (2) dicitur *L* 10 sine (I) haere (2) malo *L* 10 formam (I) ⟨interdum⟩ ⟨-⟩
 (2) sed *L* 11 materialis; (I) ⟨et⟩ ita non (2) (a) est (b) dignus *L* 12 poena; (I) sed (2) etsi *L*
 12 sunt (I) errores, (2) lapsus (a) sed (b) sine *L* 12 possent (I) esse (2) dici *L* 13 f. falsa (I) aliqua
 (2) ratione *L* 15-17 deinde⟨,⟩ (I) ⟨ea hypot⟩ (2) s⟨a⟩ (3) ut hypothesis saltem assumeretur, per ea
 qv⟨ae⟩ sane ob (a) ⟨multis⟩ (b) superabundantiam arbitrariarum permissa erat; oriri plurimum (4) ut . . .
 assumeretur, qvod tanquam certum | sum *nicht gestr., streicht Hrsg.* | qv⟨ae⟩ . . . plurimum (5) (a) ⟨-⟩ (b)
 si, qvod (aa) ⟨tam⟩ (bb) certum . . . plurimum *L*

D63b. EPISTOLA AD AMICUM SUPER EXERCITATIONES POSTHUMAS
 SAMUELIS PUFFENDORFII DE CONSENSU ET DISSENSU
 PROTESTANTIUM
 [Oktober bis Dezember 1695.]

5 **Überlieferung:**

D¹ Erstdruck: *Epistola ad Amicum super exercitationes posthumas SAMUELIS PUFFENDORFII De CONSENSU ET DISSENSU PROTESTANTIUM*, o. O. u. o. J. 16 S. (Unsere Druckvorlage.)

10 D² [TITEL] Anhang zu: APOLOGETA POSTHUMIUS [Pseudonym]: *Samuelis de Pufendorf Exercitatio posthuma . . . a calumniis tenebrionis cuiusdam Anonymi defensa*, 1696.
 Weitere Drucke: 1. D. DÖRING, *Pufendorf-Studien*, Berlin 1992, S. 205–210. 2. DERS., *Leibniz als Verfasser der »Epistola ad amicum super exercitationes posthumas Samuelis Puffendorffii de consensu et dissensu protestantium«*, in *Zeitschrift für Kirchengeschichte*, 104. Band (1993), S. 176–197, hier S. 191–197.

15 Übersetzung: [TITEL] Anhang zu: *Herrn Samuelis Freyherrn von Pufendorff Exercitatio posthuma, von der Einigkeit und Uneinigkeit der Protestanten / wieder die Lästerungen eines ungenanten Tockmäusers vertheidiget / durch Apologetam Posthumium 1696* [NACH DÖRING, EINLEITUNG, S. LXXIII, ANM. 273]

Nachdem bereits F. PALLADINI, *Discussioni seicentesche su Samuel Pufendorf. Scritti latini 1663–1700*,
 20 o.O. 1978, S. 399 f. Leibniz als Autor der ohne Angabe des Verfassers, des Druckers und des
 Erscheinungsortes und -jahres publizierten *Epistola ad amicum super exercitationes posthumas Samuelis
 Puffendorffii de consensu et dissensu protestantium* vermutet hatte, ist Detlef Döring der Nachweis der
 Verfasserschaft gelungen. Der Nachweis stützt sich nicht allein auf das Indiz der zahlreichen (in unserem
 Sachapparat nachgewiesenen) Parallelen zwischen der *Epistola ad amicum* und unserer N. D67b, sondern
 25 kann auch zwei Aussagen des engen Leibnizfreundes Gerhard Wolter Molanus anführen. Zum einen hat
 Molanus auf dem Titelblatt seines Exemplars der gegen Leibniz' *Epistola ad amicum* gerichteten, unter
 dem Pseudonym APOLOGETA POSTHUMIUS veröffentlichten Verteidigungsschrift *Samuelis . . . de
 Pufendorf Exercitatio posthuma de Consensu et Dissensu inter Protestantes a calumniis tenebrionis
 cuiusdam Anonymi defensa* zu dem Wort *tenebrionis* vermerkt: »viri per totam Europam ipsamque Chinam
 30 celeberrimi« (HANNOVER, *NLB*, T-A 5063). Zum anderen antwortete er auf einen Brief vom 13. März
 1706, mit dem ihm Leibniz Jean Le Clercs Rezension des *Jus feciale* (*Bibliothèque choisie*, Bd. 7, 1705,
 S. 391–401) zugesandt hatte (LH I 12,2 Bl. 85^v; gedr. [ohne Datumsangabe]: FOUCHER DE CAREIL,
Oeuvres, Bd. 2, 2. Aufl. 1869, S. 461 f.), mit dem Vorschlag: »Cogita an expediat ipsi mittere tuam
 Epistolam de viri illius Feciali, si placet, curabo ut ipsi, meo sumtu mittatur per postam, charta(a/ae)
 35 inclusam, cui nihil adscriptam« (LH I 12,2 Bl. 85^v; gedr.: D. DÖRING, *Leibniz als Verfasser*, 1993, S. 185).

Mit dem zitierten Vorschlag bringt Döring sicherlich zu Recht eine kurze Notiz Molans in
 Verbindung: »Addatur si placet aliena manu scriptam esse hanc epistolam a latinae linguae sic satis perito,
 Voluisse autem eundem, ne ex stylo forsitan cognosceretur, sub larva scriptionis inaequalis et interdum
 Barbarae, de industria latitare« (LH I 12,2 Bl. 87^v; gedr.: ebd.). Zur Verschleierung seiner Verfasserschaft
 40 mittels eines bewußt schlechten lateinischen Stils scheint sich Leibniz sogar der Mitarbeit seines Freundes
 Molanus bedient zu haben. Darauf deutet ein nicht datierter und bisher unedierter Molanusbrief hin –
 jedenfalls wenn er sich tatsächlich, wie Döring sehr wahrscheinlich gemacht hat, auf die Überarbeitung
 und Drucklegung der *Epistola ad amicum* bezieht. Der höchst interessante Passus lautet: »Mit dem übrigen
 wirt Abgeredeter Maß Verfahren, u[nd] hoffe ich Morgen solle Alles fertig sein[.] In affectata simplicitate

styli pauca mutavi, Um den Verstant desto deut(ic)herer zu Machen« (LBr 655 Bl. 151^r; gedr.: ebd., S. 184, Anm. 36). Die folgenden, allerdings schwer zu entziffernden und zu deutenden Ausführungen legen zudem nahe, daß Molanus auch mit der Organisation der Drucklegung befaßt war. Einen Anhaltspunkt für die Datierung bietet der Beginn des Briefes, in dem Molanus erklärt, wegen der Hinckelmannschen Manuskripte an den Helmstedter Orientalisten Hermann von der Hardt zu schreiben. 5 Abraham Hinckelmann, Hauptpastor an St. Katharinen zu Hamburg, war am 11. Februar 1695 unter Hinterlassung einer besonders für ihre hebräischen und orientalischen Handschriften berühmten Bibliothek verstorben. Spätestens im März 1695 muß Leibniz den Helmstedter Orientalisten dafür gewonnen haben, Herzog Rudolf August von Wolfenbüttel den Erwerb der orientalischen Handschriften ans Herz zu legen. Jedenfalls antwortete ihm von der Hardt zustimmend und teilte mit, er habe die Sache dem Herzog eröffnet 10 (unsere Ausgabe I,11 S. 341, Z. 9–12). Wie der obengenannte undatierte Brief zeigt, hat Leibniz wohl auch Molanus gebeten, sich wegen der Manuskripte an von der Hardt zu wenden. Am 24. Dezember 1695 (3. Januar) 1696 teilte der Letztgenannte im Rückblick auf die Auktion Leibniz mit, er habe gehört, die Handschriften seien nach Berlin abgegangen (I,12 S. 295, Z. 3). Somit gehört der undatierte Molanusbrief jedenfalls in das Jahr 1695 und damit in die Entstehungszeit der *Epistola ad amicum*. 15

Deren Abfassung läßt sich freilich anhand anderer Belege präziser eingrenzen. Den terminus post quem liefert das Erscheinen des *Jus feciale* zur Michaelismesse 1695 (s. oben die Einleitung zu N. D63a). Wie aus einer Bemerkung gegenüber Johann Jacob Julius Chuno hervorgeht, hatte Leibniz Puffendorfs Werk am 1. (11.) Dezember des Jahres bereits gelesen (I,12 S. 191, Z. 13–15). Im letzten Jahresdrittel muß die *Epistola ad amicum* entstanden sein, denn Anfang Februar war bereits die obengenannte Antwort auf Leibniz' *Epistola ad amicum* erschienen. Mit einem Brief vom 25. Januar (4. Februar) 1696 sandte Detlev Markus Friese diese Apologie (welche die *Epistola*, gegen die sie Puffendorf verteidigte, nochmals abdruckte) an Leibniz (I,12 N. 262). Die *Epistola ad amicum* hielt Friese in Unkenntnis des wahren Autors für ein Werk, das »hierob in Berlin ein klugling gemachet« habe (ebd., S. 393, Z. 18). Dieser Nachdruck zwecks Widerlegung hat schließlich dazu geführt, daß die *Epistola ad amicum* zusammen mit ihrer 20 Gegenschrift ins Deutsche übersetzt worden ist.

Die Kursivierungen in *D¹*, die Zitate oder Paraphrasen des *Jus feciale* kennzeichnen, werden durch Sperrungen wiedergegeben.

Epistola ad Amicum super
exercitationes posthumas
SAMUELIS PUFFENDORFII
De
CONSENSU ET DISSENSU
PROTESTANTIUM

30

PEtis, Vir Clarissime, ut Tibi sententiam meam aperiam super libro posthumo Samuelis 35 Puffendorfii de Conciliatione religionum. Sperabam utique ibi inventurum me non *quod pueri in faba*, deprehendi tamen parturire *montes*, et polliceri rubrum quod nigrum non

30 exercitationes: S. v. PUFFENDORF, *Jus feciale divinum sive de consensu et dissensu protestantium exercitatio posthuma*, 1695. 36–S. 318.1 Sperabam . . . praestat: vgl. oben S. 304, Z. 29 – S. 304, Z. 31. 36 f. inventurum . . . faba: vgl. ERASMUS VON ROTTERDAM (u.a.), *Adagia, id est proverbiorum, paroemiarum et paraboliarum omnium quae apud Graecos, Latinos, Hebraeos, Arabas etc. in usu fuerunt, collectio absolutissima in locos communes digesta . . .*, 1629, S. 100. 37 parturire montes: vgl. ebd., S. 270; vgl. HORAZ, *De arte poetica*, 139.

praestat. Ecce libri substantiam. Pontificii sunt irreconciliabiles, quia Papa et Clerus non volent renuntiare suis emolumentis. Reformati autem sunt conciliabiles: Sed audi obsecro, quomodo? Si scilicet velint renuntiare suae doctrinae de praedestinatione. Magnum sane postulat! praesertim ab Irenico. Sed ut distinctius loquar, haec est synopsis libri.

5 Primum repetit vulgaria de discrimine Tolerationis et Conciliationis deque discrimine Tolerantiae Civilis et Ecclesiasticae. |2| Deinde disputat contra illos qui loquuntur de Conciliatione cum Pontificiis. Mox format systema quoddam, ut vocat, Theologiae, admodum jejunum et superficialium in quod convenire ipsius iudicio Protestantes supponit, et nihilominus tamen negat doctrinam Reformatorum cum hoc systemate esse

10 compatibilem, quae quomodo cohaereant non video, tandem usque ad finem libri disputat contra media pacis proposita a Petro Juriaeo. Tangam nonnulla specialiter ut Tibi indoles libri eo melius appareat.

§ 2. Miratur quod homines adeo acriter certent super controversiis religionis *cum* tamen *alteri per* [. . .] *alterius opinionem* [. . .] *nihil decedat* idque tribuit

15 *irrationali hominum* superbiae. Iudicium verum; si religio esset res politica et omnia tantum ad societatem civilem referri deberent. Sed agitur hic de salute aeterna, et charitas christiana non patitur ut salus proximi nobis sit indifferens.

Tolerantiam §. 4. comparat cum induciis, sed in eo parum accurate loquitur more suo. Si tolerantia sit civilis et de pace quoque civili quaeratur, tunc talis tolerantia est vera

20 pax, modo sit perpetua, |3| ut in Imperio Germanico. Sin quaeratur de pace Ecclesiastica, tunc civilis illa tolerantia nec pacis, nec induciarum nomen meretur quia bellum sacrum in vigore manet nisi scilicet partes se invicem ad communionem admittant, quo casu jam Tolerantia est Ecclesiastica, quae rursus non induciarum sed verae pacis vim habet. Neutro igitur modo huc quadrat vox induciarum. Monet deinde ex pluribus religionibus, quae se

25 tolerant, unam aliquando esse dominantem quae tamen non sit semper religio principis, ut in Anglia sub Jacobo II. et de Rege hoc ita iudicat: *Cum iste Rex vesano consilio ritus Romanos praevalere vellet, haud injuria solio excidit*. Debebat loqui moderatius et pro *vesano* dicere malo *consilio*. Nam insultare Regi infelici et reverentiam exuere paedagogicum est et viro politico indignum.

1 irreconciliabiles: vgl. S. V. PUFENDORF, *Jus feciale*, 1695, §§ 10–12, S. 23–47. 5 repetit: vgl. ebd., §§ 3–7, S. 10–26. 7 Conciliatione: vgl. ebd., § 13, S. 47–80; s. unten Erl. zu S. 321, Z. 4. 7–10 Mox . . . video: vgl. S. V. PUFENDORF, *Jus feciale*, 1695, §§ 14–69, S. 80–260; vgl. oben S. 304, Z. 32 – S. 305, Z. 4. 10 f. tandem . . . Juriaeo: vgl. S. V. PUFENDORF, *Jus feciale*, 1695, §§ 70–94, S. 260–384; vgl. oben S. 304, Z. 31 – S. 304, Z. 32. 11 Juriaeo: P. JURIEU, *De pace inter protestantes ineunda consultatio*, 1688. 13–15 Miratur . . . superbiae: vgl. S. V. PUFENDORF, *Jus feciale*, 1695, S. 7. 18 Tolerantiam . . . induciis: vgl. ebd., 1695, S. 13. 24–27 Monet . . . excidit: vgl. ebd., 1695, § 4, S. 15.

§ 5. Explicans restrictiones tolerationis civilis, ut principibus moderationem suadeat, subjicit: *Quin Princeps si dextre et aequabiliter hic procedat, sentiet cives diversam religionem a sua professos, majore affectu eum prosequi, quam eadem secum sentientes.* Miror adeo incogitanter scripsisse |4| hunc autorem, ut non animadverterit, dissuadere sese imprudentem quod suadere voluerat. 5 Parum enim consultum erit Principi suos abalienare dum aliis placere studet, quibus vix unquam satisfaciet. Si saltim rem restrinxisset ad Principem cujus maxima subditorum pars sit diversae religionis, potuissent ferri quae dicit.

Deinde §. 6. loquens de *Tolerantia* [...] *Ecclesiastica* ait eos fuisse intemperiiis agitados, qui damnarunt Quartadecimanos, imo non veretur addere 10 horum sententiam fuisse magis *rationi* consentaneam quam eam quae [...] *in Ecclesia praevaluit*. Tanta est scriptoris hujus audacia, ut iudicium suum parum subactum de re minus intellecta totius Ecclesiae antiquae pariter et hodiernae iudicio praeferat. Inde de conciliatione loquitur et distinguit inter controversias de 15 dogmatibus et de emolumentis. Sed accurate loquendo etiam hae sunt de dogmatibus, licet ad emolumenta respicientibus. Priores controversias putat facilius conciliari, posteriores esse irreconciliabiles. Sed rem mox ipse turbat. Nam controversias priores circa dogmata putat magis foveri a sacerdotibus |5| et hominibus *de schola*, quam ab iis qui sunt versati in negotiis, quasi hic potius politica quam Ecclesiastica tractarentur. Emolumenta vero magis defendi ait ab iis *quorum Deus venter* est. Sed ut taceam ipsummet fuisse *de schola* 20 hominem, ut ferocientem eleganter nuper admonuit incomparabilis Seckendorffius (ex quo mutire vix amplius ausus est) videntur haec dicta aliquid monstri alere, certe sibi minime constare. Pugnantes de controversiis, ubi non agitur de temporali commodo[,] vocat *homines de schola*. Pugnantes vero de quaestionibus emolumenta concernentibus dicit ventrem *pro Deo* habere. An ergo si ipsum audimus, pro neutris pugnandum est? 25 Unde quid aliud sequitur quam quod alii jam huic auctori imputant, religionem esse habendam pro re mere politica. Quae si non sensit certe per incogitantiam de se credi fecit.

1 restrictiones: Entgegen dieser Charakterisierung behandelt S. V. PUFENDORF, *Jus feziale*, 1695, § 5, S. 16–20, nicht nur die eingeschränkte, sondern auch die allgemeine politische Toleranz in Religionsfragen. 2–4 *Quin . . . sentientes*: Ebd., S. 18. 9–14 *Deinde . . . praeferat*: vgl. oben S. 305, Z. 13 – S. 305, Z. 15. 9 *Tolerantia . . . Ecclesiastica*: S. V. PUFENDORF, *Jus feziale*, 1695, S. 20. 9–12 *eos . . . praevaluit*: vgl. ebd., S. 21. Die besonders in Kleinasien verbreiteten Quartodezimaner feierten Ostern ohne Rücksicht auf den Wochentag am 14. Nisan (März / April), also am Tag des jüdischen Passahfestes. Diese Praxis wurde auf dem ersten Konzil von Nicaea (325) verworfen. 14 f. *Inde . . . emolumentis*: vgl. S. V. PUFENDORF, *Jus feziale*, 1695, § 7–10, S. 21–38. 16–20 *Priores . . . est*: vgl. ebd., § 8, S. 27. 20 *quorum . . . venter*: Phil 3,19. 23–25 *Pugnantes . . . habere*: vgl. S. V. PUFENDORF, *Jus feziale*, 1695, § 8, S. 27. 24 f. *ventrem . . . Deo*: vgl. Phil 3,19.

Inde §. 9. inconsiderate admodum asserit omnes controversias quae *circa dogmata versantur* [...] *ita ad fundum* [...] *excuti posse ut praejudicio non laborantes (rara avis in terris) liquido judicare queant* a qua parte stet *veritas*. Scilicet fatale est huic |6| viro loqui non accurate et in alterutram partem
 5 excessum facere. Quis nescit innumeras esse controversias indecidibiles ob defectum revelationis,

Nescire velle quae magister optimus

Nos scire non vult, erudita inscitia est.

Itaque ipse mox se corrigat dicens: cum *decisio nullo modo ex scriptura sacra haberi potest*
 10 *quaestionem esse problematicam*. Recte sed ita falsum est quod dixerat semper sciri posse a qua parte stet *veritas*. Mox de colloquiis et Conciliis disserit et vult adhiberi Politicos non tantum ad temperandum Theologorum fervorem, ut loquitur, *sed etiam quia ipso jure divino et ex natura regni Christi iudicium de rebus fidei non ad ministerium solum sed ad universam Ecclesiam spectat*. Imo vult *consessui*
 15 *adjungi Laicos non solum ex ordine imperantium et ei addictorum Consiliariorum* [...], *sed et qui a tertio ordine deligentur*[,] ut ejus *vices ad jus representent*. Sed quis non videt quoties de interna cujusque fide agitur unumquemque debere de veritate esse persuasum, adeoque eatenus esse iudicem. Quoties |7| vero quaeritur quid publice sit faciendum, deliberatio pertinet ad eos qui publice
 20 praesunt sive civilibus seu sacris, pro cujusque gradu et iuribus. Plebem autem de talibus consulere, non tantum ineptum esse sed et periculosum.

§. 10. Loquens de controversiis quae pertinent ad *emolumenta*, ait, Pontificios esse *irreconciliabiles* quia *Cleri Pontificii Deus sit venter*. Temeraria vox praesertim in homine pronunciante de iis quos non novit, imo seditiosa in Germania et ad pacem
 25 turbandam apta. Multos tales esse non dubito. Sed nec dubito multos esse etiam in Pontificio clero bona fide sentientes quae docent. Et profecto possibile est, Deo sese interponente, ut viri boni aliquando auctoritatem acquirant et Imperator cum aliis magnis Regibus vel Principibus, (occasione temporum ita ferente) serio cogitet de emendatione

1–4 *circa . . . veritas*: S. V. PUFENDORF, *Jus fecciale*, 1695, S. 28. 3 *rara . . . terris*: JUVENALIS, *Saturae*, 6, 165. 6 *revelationis*: Die Kritik bezieht sich auf die ebd., S. 28 f. vorgetragene Ansicht, wenn die Heilige Schrift Richtschnur in allen theologischen Kontroversen sei, könne auf die Dauer eine Einigung nicht ausbleiben. 7 f. *Nescire . . . est*: S. V. PUFENDORF, *Jus fecciale*, 1695, § 68, S. 238. Vgl. die beiden letzten Verse des 21. Gedichts in J. J. SCALIGER, *Iambi gnomici*, 1607, S. 22. Als Zweizeiler hat sie von dort übernommen R. BURTON, (Pseud. Democritus Junior) *The Anatomy of Melancholy*, 1651, part 1, section 2, memb. 4, subsect. 7, S. 168. 9 f. *cum . . . problematicam*: vgl. S. V. PUFENDORF, *Jus fecciale*, 1695, § 9, S. 29. 11–17 *Mox . . . representent*: vgl. ebd., § 9, S. 29–31. 22 f. *Loquens . . . irreconciliabiles*: vgl. ebd., S. 32. 23 *Cleri . . . venter*: Ebd., S. 37. 23 *Deus . . . venter*: vgl. Phil 3,19. 26–S. 321.3 *Et . . . est*: vgl. oben S. 0, Z. 0 – S. 0, Z. 0.

Ecclesiae ubi Principes potentes et pii non magnam rationem habituri essent sacerdotum emolumenta tantum sua curantium. Difficilia haec sunt et vix speranda, sed impossibilia tamen non sunt nec manus Dei abbreviata est. |8|

Inde §. [13] prolixè pugnat in nescio quam larvam formulae pacis cum Pontificiis ineundae quam quibusdam tribuit Theologis Protestantibus. Sed quantum judicare possum 5 ex his quae ponit et hic loci pugnat *more Andabatarum*. Dicit praetensa illa formula pacem Ecclesiasticam etiam cum Pontificiis esse debitam, si modo esset licita seu salva conscientia fieri posset. Hic vitiligator respondet: *pacem* [. . .] *cum* Pontificiis non esse debitam sed [. . .] *vetitam*. Ut autem thesis ejus sit contradictoria thesi formulae, debet propositio ejus continere eandem conditionem, quam continet 10 formula; ita autem fiet absurda. Nam sic sonabit: pax cum Pontificiis non est licita etiamsi salva conscientia fieri possit, h[oc] e[st] etiamsi licita sit, quae est contradictio in adjecto. Subjicit deinde conditionem *esse moraliter* [. . .] *impossibilem*. Quod etiamsi verum esset propositio tamen conditionalis maneret vera. Deinde accedit ad controversias et reprehendit formulam quia inter *minoris momenti* controversias numerat 15 eas quae pertinent ad emolumenta temporalia. Sed in eo iterum manifestat suum cavillandi studium, nam qui res tractant Theologice |9| parum curant quid hominibus pravis de rebus illis videatur. Et omnes pii concedunt temporalia esse aeternis postponenda. Autor vero nimis assuetus est de religione tractare tanquam de re politica. Unde etiam tuetur controversiam primariam esse de Primatu Pontificis et in hoc citat 20 Bellarminum, qui dixit, in eo sitam esse fidei summam. Sed innumeri inter ipsos Pontificios aliter sentiunt praesertim in Gallia adeo ut Gerson Sorbonista librum scripserit

4 10 *D¹ ändert Hrsq.*

4–S. 322.10 Inde . . . concedere: vgl. oben S. 0, Z. 0 – S. 0, Z. 0. 4 formulae: Die von Gerhard Wolter Molanus für die Reunionsverhandlungen mit Cristobal de Rojas y Spinola verfaßte und von Molanus und dem Hannoveraner Generalsuperintendenten Hermann Barckhausen unterzeichnete *Methodus reducendae unionis ecclesiasticae inter Romanenses et Protestantés* vom 30. März 1683. S. v. PUFENDORF, *Jus feciale*, 1695, druckt in dem (wiederum in die §§ I–XXIV gegliederten) § 13, S. 47–80, die gesamte *Methodus* ab und kommentiert sie kritisch. 6 pugnat . . . *Andabatarum*: vgl. ERASMUS VON ROTTERDAM, *Adagia, id est proverbiorum, paroemiarum et parabolarum omnium quae apud Graecos, Latinos, Hebraeos, Arabas etc. in usu fuerunt, collectio absolutissima in locos communes digesta* . . ., 1629, S. 685; vgl. HIERONYMUS, *Adversus Jovinianum libri duo*, I, 36. Der andabata war ein Gladiator, der einen Helm ohne Öffnungen für die Augen trug und deshalb blindlings kämpfte. 7–9 *pacem* . . . *vetitam*: vgl. S. v. PUFENDORF, *Jus feciale*, 1695, § 13, § I, S. 47–48. 13 Subjicit . . . *impossibilem*: vgl. ebd., S. 48. 14–16 Deinde . . . temporalia: vgl. ebd., § 13, § VII, S. 55. 20 f. Unde . . . summam: vgl. ebd., § 13, § IX, S. 56–57. 22 librum: vgl. J. GERSON, *De auferibilitate papae ab ecclesia*, consideratio 9–12. 14–16. 18–19, in *Ioannis Gersonii doctoris et cancellarii Parisiensis opera multo quam antehac auctiora et castigatiora inque partes quatuor distributa*, 1606, pars I, Sp. 154–170, hier Sp. 159–161. 163–169.

de auferibilitate Papae ab Ecclesia. Cum autem formula supposuisset Protestantium ordinationes apud pontificios ipsos debere haberi pro legitimis, putat autor hoc postulato everti *statum Pontificium* [. . .], *quippe* qui non ferat *dari legitimos pastores* a Papa independentes. Sed hic et alibi prodit suam in controversiis
 5 ignorantiam, cum ipsi Pontificii doceant schismaticum imo haeticum caeteris paribus posse valide (etsi non licite) sacramenta administrare atque adeo ordinare etiam posse. Multa similia disputat de rebus quas nunquam intellexit, tantum ut cavillandi materiam habeat, quod vel inde patet quod ipse tandem suspicetur, formulam illam fuisse non
 | 10 | seriam sed subsannatricem, et datam ad importunitates eludendas
 10 inter conditiones ponendo quae *Pontificii* nunquam volent concedere. Exponit deinde suum quaecunque systema Theologiae in quo non video quid suum vocare possit nisi formulas insolentes et errores quos subinde admiscet.

Dicit §. [16.] systema hoc tale fore ut Lutherani et Reformati in id consentire possint, quod tamen mox ipse negat cum fateatur ipsum non posse stare cum doctrina horum de
 15 praedestinatione. Multos autem paragraphos in hoc systemate exponendo consumit. Deinde propius nonnihil ad rem accedens ait[.]

§. 46 *Lites de communicatione idiomatum* [. . .] *elidi posse si intra* [. . .] *simplicitatem subsistatur.* Acute: perinde ac si dixisset, cessaturas esse controversias si homines a controvertendo cessarent. Videtur tamen putare quod a docenda
 20 omnipraesentia carnis Christi sit abstinendum. Et in ea re favet Calixtinis.

Et §. 58. statuit in Eucharistia solam superesse controversiam *de modo praesentiae*, qua in re an consentientes habiturus sit |11| Lutheranos omnes, non immerito dubitatur[.]

Sed cum § 60. dixisset systemate a se delineato ita *contineri* [. . .] *omnes*
 25 *articulos fidei ad salutem necessarios*, [. . .] *ut nullus eorum negari* [. . .] *queat quin tota fidei catena abrumpatur*, subjicit tamen: *Reformatorum tradita circa praedestinationem et quae ad hanc attemperata est gratiam, ita comparata esse ut in hoc systemate locum invenire nequeant imo contradictionem* ad systema hoc involvant. Sed audi

13 14. *D¹ ändert Hrsg.*

1–4 Cum . . . independentes: vgl. S. v. PUFENDORF, *Jus feciale*, 1695, § 13, § XIII, S. 60–61.
 8–10 formulam . . . concedere: vgl. ebd., § 13, § XXIV, S. 78. 11 systema: vgl. ebd., §§ 14–69,
 S. 80–260. 13 Dicit . . . possint: vgl. ebd., § 16, S. 86–87. 15 praedestinatione: vgl. ebd., § 64–68,
 S. 230–252. 17 f. §. 46 . . . *subsistatur*: Ebd., S. 152. 20 Calixtinis: 21 f. Et . . .
praesentiae: vgl. S. v. PUFENDORF, *Jus feciale*, 1695, S. 204. 24–S. 323.3 Sed . . . *damnari*: vgl.
 ebd., S. 206–208.

quaeso quam profunde hoc probet: quia scilicet *contradictionem* involvat *foedus a Deo* [...] *iniri et eos tamen vi absoluti cujusdam decreti salvari aut damnari*. Verum ex his apparet virum illum perparum in doctrina Reformatorum esse versatum. Nam constat quantopere Reformati doctrina foederum in Theologia utantur et quomodo doceant Deum oeconomia salutis uti constituisse ad decreta aeterna exequenda. Miror quod non damnarit Reformatos de quibus statuit quod fundamentum systematis tam necessarii destruant. Verum enim vero quod non est ausus expresse facere (scribebat enim Berolini) id fecit oblique non recipiendo eos in suum systema necessariorum |12| ad salutem nisi abjurata prius praedestinatione.

§. 64 Dicit Lutheranos *pro hypothesisi assumere eundem esse ordinem decretorum in signo rationis divinae* [...] *qui sit in executione*. Sed ne hoc quidem per omnia verum est. Concedunt enim et Lutherani fines esse priores in intentione sed posteriores in executione. Nihil autem potuit dici magis a communi sensu alienum quam quod Reformatis objicit dicens: *Nuspian Christum aut Apostolorum quempiam ita praedicationem suam orsum esse: Deus aliquos ex absoluto beneplacito ad vitam aeternam elegit, alios ex pari decreto reprobavit, Ergo facite poenitentiam et credite Evangelio*. Non sequitur: Christus et Apostoli non dixerunt aliquid loco alieno, ergo est falsum. Christus non incepit praedicare Evangelium dicendo: Deus creavit Angelos, Ergo ex hoc silentio sequitur quod Angeli sint increati. Baculus stat in angulo, ergo cras pluet.

Sed non poterant meliora expectari a viro tam negligenter scribente et quidem de rebus in se tam profundis sibi que adeo incomptis. Causa autem hujus in scribendo negligentiae simul et audaciae haec |13| opinor fuit quod scriptis *de Jure Nature et Gentium* satis superficialiis (exceptis iis quae a Grotio et Hobbio mutuo sumta sunt) laudem majorem obtinuit quam merebatur, quoniam in talibus lectores solent esse contenti vulgaribus, modo quis eleganter scribat. Hic successus fecit ipsum audaciorem adeo ut putaret licere sibi de omnibus scribere quicquid veniret in buccam, et contradicentes inclementer tractare. Quantopere Domino Scherzero, Domino Alberto, aliisque viris

7–9 Verum . . . praedestinatione: vgl. oben Textapparat zu S. 305, Z. 6. 10 f. §. 64 . . . *executione*: vgl. S. v. PUFENDORF, *Jus feciale*, 1695, S. 230. 13–20 Nihil . . . pluet: vgl. oben S. 305, Z. 7 – S. 305, Z. 12. 14–17 *Nuspian . . . Evangelio*: S. v. PUFENDORF, *Jus feciale*, 1695, S. 230–231; vgl. auch ebd., § 60, S. 208. 17 *facite . . . Evangelio*: vgl. Mark 1,15. 21 f. Sed . . . incomptis: vgl. oben S. 305, Z. 6 – S. 305, Z. 7. 23 *de . . . Gentium*: S. v. PUFENDORF, *De jure naturae et gentium libri octo*, 1672 [u.ö.]. 24 (exceptis . . . sunt): vgl. oben S. 306, Z. 4 – S. 306, Z. 5. 25 f. quoniam . . . scribat: vgl. oben S. 305, Z. 15. 28 Scherzero: vgl. S. v. PUFENDORF, *Epistola ad . . . Joh. Adamum Scherzerum . . . super censura quapiam in Librum suum inique lata*, 1674, aufgenommen in DERS., *Eris Scandica*, 1686, S. 77–87. 28 Alberto: vgl. S. v. PUFENDORF, *Spicilegium controversiarum circa Jus naturae ipsi motarum*, 1680, c. 2, S. 49–85, aufgenommen in DERS., *Eris Scandica*, 1686, S. 338–391, c. 2, S. 357–379. DERS. (unter dem Pseudonym Julius Rondinus), *Dissertatio epistolica super controversiis, quae Samueli Pufendorfio cum quibusdam aliis circa Jus naturale intercesserunt*, 1684, und in *Eris Scandica*, 1686, S. 391–420. DERS., *Rondini Praefatio in Eris Scandica*, 1686, Bl. a2^r–[b2]^v, hier Bl. a3^r–[a4]^v. DERS., *Commentatio super invenusto Veneris Lipsicae pullo, Valentini Alberti professoris Lipsiensis calumniis et ineptiis opposita*, 1688.

insignibus, quod inultum tamen haud tulit, insultaverit, notius est quam ut referri mereatur. Sed et a Domino Seckendorffio gravissimo Viro lenissimis quidem verbis sed ponderosis egregie castigatus est, ex quo tempore auctoritatem ejus non minus quam doctrinam veritus non nihil sese continuit; forte et hujus libelli editionem (cui non poterat non metuere a
 5 Theologis) posthumam esse maluit quam se vivo venire in discrimen.

§. 69 disserit de Ceremoniis, cereis, organis, altaribus et aliis similibus *minoris momenti* inter Protestantes controversiis. Quae materia magis erat captui ipsius accommodata, unde etiam quae dixit meliora |14| sunt. Nevero deesset scribendi litigandique occasio,

10 §. 70 et multis sequentibus usque ad finem libri cujus ultimus §us est 94. revolvitur ad sublimes illas quaestiones et audet stricturas scribere in consultationem Juriaei *de pace inter Protestantes (impar congressus Achilli)*. Est enim Juriaeus Vir doctrinae ingeniique non mediocris, et in profundo illo praedestinationis negotio valde insuper versatus, ut mirum sit in Theologia tyronem hunc ausum esse cum veterano illo super hac quaestione
 15 manus conserere. Quam autem auctoris nostri iudicium in his rebus sit exiguum vel inde patet quod

§. 65. Pontificiis absoluto decreto faventibus id est Thomistis et Jansenistis (quorum nota est subtilitas), stupiditatem tribuit quia scilicet adeo coeci sunt (si ipsi lynceo credimus) ut non videant merita operum cum absoluto decreto
 20 pugnare. Errant illi circa operum merita, an autem error ille tam crassus sit tam stupidus quemadmodum auctor praesumit in talibus ultra plebem nihil sapiens, aliorum erit arbitrari. |15|

Habes, Vir Clarissime, sententiam meam de exercitatione *posthuma Samuelis Puffendorffii* quam non respondere conceptae a multis opinioni de viri illius eruditione, res
 25 ipsa loquitur. Decetero scripta ejus ad historiam modernam pertinentia laudem suam

2 Seckendorffio: SECKENDORF, *Annotationes illustris Seckendorffius ad D. Val. Alberti cum jam imprimeretur Epistola transmisit*, in V. ALBERTI, *Epistola ad illustrem excellentissimumque Seckendorffium, commentum Samuelis Puffendorffii de Invenusto Veneris Lipsicae pullo refutans*, 1688, S. 25–32. 6–9 §. 69 . . . occasio: vgl. oben S. 0, Z. 0 – S. 0, Z. 0. 6 f. disserit . . . controversiis: vgl. S. v. PUFENDORF, *Jus feciale*, 1695, S. 252–260. 10–12 §. 70 . . . *Protestantes*: vgl. ebd., S. 260–384; vgl. oben S. 304, Z. 31 – S. 304, Z. 32. 11 Juriaei: P. JURIEU, *De pace inter protestantes ineunda consultatio*, 1688. 12 *impar . . . Achilli*: VERGIL, *Aeneis*, I, 475. 17–20 §. 65. . . pugnare: vgl. S. v. PUFENDORF, *Jus feciale*, 1695, S. 235. Dort ist allerdings nur ganz allgemein von einzelnen, die im Mittelalter eine derartige Position vertreten hätten, die Rede. 25–S. 325.5 Decetero . . . monstraverit: vgl. oben S. 305, Z. 16 – S. 306, Z. 3. 25 scripta: S. v. PUFENDORF, *Commentariorum de rebus Suecicis libri XXVI*, 1686 und DERS., *De rebus gestis Friderici Wilhelmi magni Electoris Brandenburgici commentariorum libri XIX*, 1695.

merentur quia continent acta publica seu memorias ex Principum Cancellariis sibi
suppeditatas ex quibus in latinum sermonem haud male versas historias suas contexuit. Ast
quoties opus fuit peculiari ad investigandum studio res ipsi cedunt longe infelicius. Unde
est quod Vir magnae doctrinae et famae in celebri quadam Academia multos in
Introductione ejus ad historiam politicam errores monstraverit. Omnium autem minime ⁵
aptus fuit ad ea scribenda quae attenta meditatione indigent. Patet hoc inter alia ex ejus *de*
Jure Naturae et Gentium libris in quibus quae de suo addidit Puffendorfius, non sunt
magni momenti jurisprudentiae quippe ac solidioris philosophiae non usque gnarus.
Plausum tamen aliquem praesertim apud juventutem academicam in eo meruit quod
popularius exposuisse videri queat quae a Grotio Viro Summo sublimius erant pertractata ¹⁰
nec | 16 | a juvenibus tam facile capiebantur. Quod autem denique ausu prorsus temerario
ipsam Theologiam illotis manibus invadere ac sine subsidio necessariorum doctrinarum de
rebus maximis dictatorio supercilio dicere futilia sustinuerit id nemo cordatus credo
probat. Vale.

⁵ Introductione: S. V. PUFENDORF, *Einleitung zu der Historie der vornehmsten Reiche und Staaten*, 1682 [u.ö.] oder deren lateinische Übersetzung: *Introductio ad historiam praecipuorum regnorum et statuum modernorum in Europa*, 1687 [u.ö.]. ^{5–11} Omnium . . . capiebantur: vgl. oben S. 306, Z. 3 – S. 306, Z. 9. ⁶ *de . . . Gentium*: S. V. PUFENDORF, *De jure naturae et gentium libri octo*, 1672 [u.ö.].

D224. DE CULTU SANCTORUM EX EPINIKIO LUDOVICI

[Nicht vor 1696.]

Überlieferung:L Exzerpt: LH I 20 Bl. 289^r. Zettel ca. 11,5 x 7 cm. Bl. 289^v leer.

5 Daß Leibniz den kurzen Passus aus dem althochdeutschen Ludwigslied nicht aus einem sprachgeschichtlichen Interesse, sondern als historische Quelle über die Heiligenverehrung exzerpiert hat, zeigt das Stichwort »Cultus sanctorum«, das Leibniz am oberen Rand des Zettels notiert hat (s. unten Fußnote 1). Dementsprechend hat er die einschlägige Zeile im Exzerpt unterstrichen. Die Datierung folgt dem Erscheinungsjahr der von Leibniz benutzten Ausgabe.

10 In¹ Epinikio quod [Ludovico] Regi Franciae Occidentalis Balbi filio dictum post victos Normannos Schilterus edidit, habetur versu 109 seq[uentibus].

Gelobet si thiū Godes Kraft

Hludv̄vig vvarth sighaft.

sag allin Heiligon thanc

15 *Sin uuarth ther SigiKamf*

Odar abur Hludv̄vig

Kuning war salig

Garō so ser hio uuas

Suuar so ses turft uuas

20 *Gihalde inan, Truhtin*

bi sinan ergrehtin[.]

At vero Ludovicus

Rex fuit felix

promptus uti hic fuit

Gravis quantum opus erat

Serva ipsum domine

in sua majestate[.]

¹ Am oberen Rande: Cultus sanctorum

10 [Ludovico]: Ludwig III. 10 Balbi: Ludwig II. der Stammler. 11 victos Normannos: In der Schlacht von Saucourt am 3. August 881. 12–21 *Gelobet . . . ergrehtin*: *Ἐπινίκιον Rhythmo Teutonico Ludovico regi acclamatum cum Nortmannos an. DCCCLXXXIII. vicisset . . . interpretatione Latina et commentatione historica illustravit Jo. Schilter*, 1696, S. 20, Verse 109–118. 16–21 *At . . . majestate*: Ebd., S. 21, Verse 113–118.

D214. SUR LA CONDAMNATION DES ACTES DES SAINTS

[Um den 24. Januar 1696.]

Überlieferung:

- L Aufzeichnung: HANNOVER, *NLB*, Ms XLI 1814 Fasc. 5 Bl. 9^r. Zettel ca. 11,5 x 17 cm. Auf Bl. 9^v: »Denen Durchlechtigsten fursten und Herren Herrn Rudolf August und Anton Ulrich Herzogen zu Braunschweig und Lüneburg etc. Meinen gnädigsten Herren« und darunter: »der Durchlechtigsten Fürstin und Frauen [–] Christina Luisa«, danach gestr. »H« und »vormahleter«. Die Fortsetzung der zweiten Adresse auf LBr 21 Bl. 53^v: »Frauen C[––] Herzogin zu Braunschweig und Lüneburg, gebohrner Fürstin zu Öttingen, meiner gnädigsten Fürstin und Frauen Wolfenbütel«. Auf LBr 21 Bl. 53^r L von I,12 N. 231. 5 10

Der Umstand, daß auf der Rückseite des Zettels, auf dem unser Stück steht, die Adresse der beiden Wolfenbütteler Herzöge und der Beginn der Adresse von Christine Luise von Oettingen, der Schwiegertochter Anton Ulrichs, notiert sind und daß die zweite Adresse auf LBr 21 Bl. 53^v ihre Fortsetzung findet, erlaubt es, die Datierung der kurzen Aufzeichnung über den terminus post quem des 15. Januars 1696 hinaus zu präzisieren. Die Zusammenstellung der beiden Adressen schließt ihre Funktion als Außenadresse eines Schreibens aus. Ihre Niederschrift scheint vielmehr in Zusammenhang zu stehen mit einem Brief der Anna Elisabeth von Weselow an Leibniz vom 8./18. Januar des Jahres (unsere Ausgabe I,12 N. 222). Frau von Weselow wollte die genannten Personen um die Gewährung einer Präbende für einen ihrer Söhne bitten und wandte sich an Leibniz um Rat und Hilfe. In welchem Umfang er ihr behilflich war, läßt sich aus den überlieferten Schreiben nicht mehr genau bestimmen. Jedenfalls bat sie ihn in dem genannten Brief vom 18. Januar, die beiden Bittbriefe auf die ihm angemessen erscheinende Art weiterzuleiten und auf jenem für Christine Luise die Adresse zu ergänzen (ebd., S. 332, Z. 8–21). Der Betonung, die Frau von Weselow auf die Herkunft der jungen Herzogin aus dem Hause Öttingen legte (ebd., Z. 6 und 17), hat Leibniz in der Formulierung zu entsprechen gesucht – nicht ganz ohne Schwierigkeiten, wie seine Korrekturen zeigen. Nachdem die Adressen ihren Dienst (wohl als Vorlage für einen Schreiber) getan hatten, hat Leibniz den Zettel in zwei Teile gerissen, von denen der eine auf der Rückseite unser Stück, der andere I,12 N. 231 aufgenommen hat. Dieses Konzept eines Briefes an Heinrich Avemann ist auf den 14. (24.) Januar datiert. Um dieses Datum wird auch unser Stück niedergeschrieben worden sein. 20 25 30

L'inquisition d'Espagne a condamné sur la fin du mois de Novembre dernier¹ 14 volumes des vies des saints qui ont esté mises au jour par les P[ères] Henschenius et Papebrook Jesuites d'Anvers, pour les raisons <partiels> par leur decret, et principalement pour n'avoir pas fait descendre les carmes du prophete Elie, que ceux cy pretendent estre leur fondateur et le premier General de leur ordre. Les carmes ont triomphe de cette censure et en on fait publiquement à Louvain et ailleurs des grandes rejouissances. 35

¹ Über der Zeile erg.: 1695

36 rejouissances. Absatz (1) Gazette (2) Bruxelles L

32 vies: *Acta Sanctorum*, hrsg. v. J. Bolland, G. Henschenius, D. Papebroch [u.a.], 1643 ff.

Bruxelles 15 janvier 1696

D226. EXTRAIT D'UN JOURNAL DU VOYAGE QUE WILLIAM PENN A FAIT
[Vor dem 30. Mai 1696.]

Überlieferung:

- L* Konzept: LH I 5,3 Bl. 1–4. 2 Bog. 2°. 7 6/7 S. Auf dem Korrekturrand von Bl. 1^r *L*¹ von N. D226a. Auf den unteren Vierteln von Bl. 3^v und Bl. 4^r N. D226g. – Gedr. (teilw.) 5
GRUA, *Textes inédits*, 1, 1948, S. 88 (entspricht Textapparat zu S. 00, Z. 00[VERWEIS EINBAUEN: »7r| Extrait«] mit Umstellungen und Auslassungen).
- l* Reinschrift: LH I 5,3 Bl. 7–16. 5 Bog. 2°. 16 S. mit Korrekturen und Ergänzungen von Leibniz' Hand (*Lil*). Bl. 15 f. leer. (Unsere Druckvorlage.) – Gedr. (teilw.) GRUA, *Textes inédits*, 1, 1948, S. 88–89 (entspricht S. 00, Z. 00[VERWEIS EINBAUEN: 10
»quelques reflexions«] bis S. 00, Z. 00[VERWEIS EINBAUEN: »tousjours.«]).

[7r| Extrait d'un journal[,] écrit en Anglois, du voyage que William Penn autèur du livre, a fait en Allemagne et en Hollande en compagnie de Robert Barclay et de quelques autres Trembleurs l'an 1677.

Il dit dans la preface, qu'une copie de ce journal ayant esté trouvée parmy les papiers de la 15
feue Comtesse de Connaway, on luy a demandé la permission de le publier.

M[onsieur] Penn raconte comment il passa la mer, s'estant mis à Harwich dans le paquet boot en compagnie de G. Fox,¹ R. Barclay, G. Keith,² George³ Wats, John Furry[.]

¹ *Über G. Fox und R. Barclay jeweils ein Kreuz Lil*

40 auf Leibniz' Überarbeitung bei der Verfertigung der Reinschrift zurück (vgl. etwa die Varianten zu S. 490, Z. 22 und zu S. 491, Z. 7). Einzelne Eintragungen von Schreiberhand in *L* (*liL*) zeigen vermutlich weitere Änderungen an, die Leibniz noch an der fertiggestellten Reinschrift vorgenommen hat und in sein Konzept aufnehmen ließ. Dem Gebrauch der Zeit gemäß wurde die Druckvorlage nach Abschluß des Satzes Makulatur.

Der Frankfurt-Leipziger Meßkatalog führt in der Gruppe »Medici« die Neuausgabe von Listers Werk unter den zu den Herbstmessen 1695 erschienenen Werken auf. Leibniz' Brief vom 23. Dezember 1695 an den Florentiner A. Magliabechi, in dem er die bereits ins Werk gesetzte Übersendung einiger Exemplare »brevis relationis editae de Novo Remedio Antidysenterico Americano mirae efficaciae, quam . . . Societati Naturae Curiosorum Leopoldinae inscribi curavi« nach Florenz ankündigt (I,12 N. 167) – also wohl Exemplare eines D^2 entsprechenden Einzeldrucks – , bestätigt die Vollendung der Drucklegung noch im Jahr 1695. Die auf D^1 und D^2 erscheinende Jahresangabe 1696 ist demnach – vermutlich aufgrund buchhändlerischer Überlegungen – vordatiert worden.

Auskunft zur Vorgeschichte von D^3 gibt die Nachricht von C. B. Behrens an Leibniz über eine Mitteilung, die ihm der Präsident der Leopoldina Lucas Schroeck im Dezember 1695 geschrieben hatte: » . . . de remedio antidysenterico scribit . . . se relationem T. Excell^{tiae} Listero subjunctam proximo *Ephemeredum* tomo inserturum, quo ita in aliorum quoque notitiam, qui illa Listeri in Germania editione carent, perveniat« (I,12 N. 260). Wie in Reaktion darauf stellte Leibniz ein Verzeichnis der beim vorherigen Druck aufgetretenen Errata zusammen, das Behrens, der bei dieser neuen Druckvorbereitung offenbar als Verbindungsperson fungierte, nach Nürnberg weiterleitete (I,12 N. 286). Ein im Leibniz-Nachlaß überliefertes, D^2 entsprechendes Druckexemplar der *Relatio* mit Kennzeichnung einer Reihe von Druckfehlern durch eine fremde Hand (10 unfolierte Druckbögen in HANNOVER NLB LH III 4,4) wird in diesen Zusammenhang gehören.

Nachricht vom Abschluß der Korrekturen gegen Ende Mai 1696 gelangte wieder durch Behrens an Leibniz (I,12 N. 464). Im Sommer 1696 war der Band der *Miscellanea* für 1694 noch nicht erschienen (I,12 N. 464); ob sich dadurch Auswirkungen auf den Ausdruck des Bandes für 1696 ergaben, ist nicht bekannt. In Leibniz' Korrespondenz scheint die Veröffentlichung der *Relatio* in den *Miscellanea* keinen weiteren Niederschlag gefunden zu haben.

Während in *L* lediglich die Absätze des zweiten Teiles numeriert sind, in dem das aus Frankreich erhaltene Material präsentiert wird, sind in D^1 bzw. D^2 auch die Absätze von Leibniz' Einführung numeriert worden, so daß sich eine unübersichtliche, zweifach ansetzende Zählung von einmal 21, dann 28 Absätzen ergibt. Ob dieses Verfahren von Leibniz veranlaßt wurde, ist nicht zu erkennen. Da sich die gleiche Zählweise auch in D^3 findet, wird es jedoch seine Billigung gefunden haben. – Die Überschrift von D^3 entspricht nicht der von D^1 , das nachgedruckt werden sollte, sondern der des Einzeldrucks D^2 . An einer Reihe von Stellen weicht D^3 in sprachlicher Hinsicht von D^1 bzw. D^2 ab. Diese Abweichungen, die wir im Textapparat nachweisen, bezeugen die Überarbeitung des Textes durch Leibniz und begründen die Verwendung von D^3 als Druckvorlage für unsere Ausgabe.

Die *Relatio* ist zweiteilig aufgebaut: der erste Teil, Leibniz' eigentlicher Anteil an dieser Veröffentlichung, verbindet den Bericht über die Sache mit Ausführungen zur Entwicklungsgeschichte naturwissenschaftlichen und besonders medizinischen Kenntniserwerbs sowie über pharmakologisches Wissen und die Rolle neuartiger, aus Übersee nach Europa gelangter Mittel im medizinischen Bereich.

Der zweite Teil bietet – in Leibniz' Übersetzung aus dem Französischen – die Materialien dar, auf denen seine Kenntnisse beruhten. Das Schriftstück, das er Anfang Juni 1695 aus Frankreich erhalten und sich hatte abschreiben lassen (LH III 4,4 Bl. 11–14), ging im wesentlichen auf J.-A. HELVETIUS, *Lettres patentes du Roy* . . . , 1688, zurück. Ein Vergleich zwischen diesem Druck und der für Leibniz angefertigten Abschrift zeigt, daß die Vorlage des Kopisten nicht eine Abschrift des Druckes war, sondern ein umfangreiches Exzerpt daraus. Daß Leibniz' Übersetzung in der *Relatio* auf diesem Exzerpt beruht, läßt sich zudem aus den Absatzziffern schließen, die von Leibniz' Hand in die Abschrift von Schreiberhand eingetragen sind, während der Druck von 1688 keine Absatzzählung enthält. – Eine Vorlage für die »Animadversiones . . . scriptae a Domino Grenerio« (HELVETIUS, *Lettres patentes du Roy* . . . , 1688, notiert sind, konnte bislang nicht ermittelt werden. – Auch konnte im Rahmen der Editions Vorbereitung nicht allen Zusammenhängen sachlicher oder persönlicher Art erschöpfend nachgegangen werden.

G[odofredi] G[uilielmi] L[eibnitii] Relatio ad inclytam Societatem Leopoldinam Naturae Curiosorum de novo antidysenterico americano magnis successibus comprobato.

(1) Cum ante annos aliquot perscriptum ad me fuisset ab amicis, novum Remedium Antidysentericum in Gallia celebrari coepisse; rei mentionem faciendam putavi in literis ad
 5 virum Amplissimum Johannem Georgium Volcamerum, inclytae Societatis Leopoldinae Naturae curiosorum, dum viveret, Praesidem datis; eo consilio, ut occasionem praeberem in tantae rei fidem curatius inquirendi. Certum enim est, post pestem et febres cognatas vix aliud morbi genus latius apud nos vagari, magisque vastare humanum genus, quam dysenteriam, plebi inprimis, sed maxime exercitibus funestam; ut saepe constet, vix tertiam
 10 quartamque partem cohortis cladi unius autumnii superfuisse: quanquam et in eos interdum vel contagio vel intemperantia vel alia ratione diffundatur malum, quibus laudatior victus immunitatem praestare posse videbatur. Unde Volcamerus, vir optimus, et publici boni studiosissimus, consilio usus suo, literas meas Ephemeridibus Societatis in publicum editis inseruit, tum remedii novi causa, tum vero maxime, ut praeclari apud Mutinenses Medici,
 15 Bernardi Ramazzini (mox in societatem recepti) commendata a me Historia annalis Medica, imitatores reperiret.

(2) Et profecto negari non potest, multis malis premi humanum genus non tam naturae invidia, cui nostra vitia inepte, ne dicam impie transcribimus, quam humana insipientia, qua morborum causas et remedia aequae negligimus. Et fatendum est, intimas rationes
 20 saepe adhuc in abdito latere: ut Cartesius, vir ingenio praestantissimus, |S. 4| in Epistola ad amicum extante, fassus sit, se post tantas vigilias naturali scientiae impensas, ne febriculae

1 ad (1) illustrem (2) inclytam L 2 novo (1) Remedio (2) Antidysenterico (a) mirae probatissimaeque virtutis (b) Americano (aa) mirae (aaa) probatissimaeque (bbb) laudatissimaeque virtutis (bb) magnis L 2 antidysenterico (1) ex America allato D¹ (2) magnis sumptibus comprobato D² (3) americano D³ 6 ut (1) porro in tam rem inquireretur (2) porro in veritatem (3) Medicis egregiis occasionem (a) daretur (b) praeberem L 8 nos (1) diffundi (2) vagari L 11 vel (1) alio neglectu (2) intemperantia . . . ratione L 12 videbatur. |Et Germanis (1) aut aliis septem (2) vicinis magis quam meridionalioribus populis erg. und gestr. | L

3 amicis: Leibniz wurde im Januar 1691 von H. Justel auf das neue Medikament aufmerksam gemacht und erhielt weitere Information von A. Magliabechi (vgl. I,6 N. 175 und N. 315). 4 literis: Vgl. Leibniz' Brief vom 15. August 1691 in: *Miscellanea curiosa* . . . Decuria II, annus 9, Appendix, 1691, vor S. 17. 14–16 tum . . . reperiret: Vgl. Leibniz' Brief vom 16. Juli 1691 über Ramazzinis medizinstatistische Erhebungen in: *Miscellanea curiosa* . . . Decuria II, annus 9, Appendix, 1691, vor S. 17. Wiederabdruck von Ramazzinis Jahresberichten: B. RAMAZZINI, *De constitutione anni 1690*, in: *Miscellanea curiosa*, Decuria II, Annus 9, Appendix, 1691, S. 15–56; *De constitutione anni 1691*, in: *Miscellanea curiosa*, Decuria II, Annus 10, Appendix, 1692, S. 79–114. 1693 wurde Ramazzini unter dem Namen Hippocrates III. als 201. Mitglied in die Leopoldina aufgenommen.

quidem certo curandae parem esse. Nimirum hactenus magis observationibus, quam rationibus nitimur, et magis accommodantur hypotheses cognitae per ἐμπειρίαν, quam ex hypothesis praxis augetur, quae tamen una propemodum certa est hypotheseos felicitas nota, si sponte ducat in phaenomena, ex quibus exstructa non fuit; liceatque in ea compendium facere experientiae, ut jam ratione praevideri nondum tentata possint. Quae non 5 ideo dico, quasi virorum insignium hypotheses et conjecturas spernendas censeam (quas potius in pretio habeo, saltem ut praeludia et primicias veritatis) sed ut certum ab incerto discriminemus, nec vanis et perpetuis novationibus ars turbetur; et ut intelligamus, quanto magis interdum absumus a liquidis causarum notionibus, tanto majore studio historiae morborum et observationibus insistendum esse, quae vera est ad rationes reddendas scientiamque perficiendam via. Itaque et Historias annales medicas passim condendas puto; et praeclaros artis maximae magistros orandos, ut diligenter annotent quae offeruntur; et juvenes asseclas comitesque praeclarorum virorum hortandos, ut sese amanuenses illis praestent diligentes; et illis denique qui in republica autoritate valent inculcandum (quod ipsi saepe in se suisque sed plerumque sero sentiunt) post virtutem animorum et populorum 15 quietem nihil esse hominibus pretiosius sanitate, nullamque in artem liberalius ex publico sumtus faciendos. Quod a me non Medico, eoque minus quaesitae propriae utilitatis suspecto, tanto confidentius fortasse dici potest.

(3) Nec credo deessent officio principes aut rerum ingentium administri, nisi fatalis quaedam opinio passim homines invasisset, qui prae caeteris acuti habentur: Medicinam (si 20 exigua quaedam et obvia demas) esse artem ambiguum, quae instar Philosophici lapidis spe magna hominum credulitatem suspendat. Et quemadmodum sunt quidam passim impie ingeniosi, qui in irridenda pietate falsam animi vim ostentant; ita alii innocentius, non tamen sapientius in Medicos dicacitatem exercent, utrique saluti suae illudunt. Qui rei momenta expendent, certe magis profectum artis, quam imperfectionem mirabuntur. Amisimus pleraque veterum remedia, materiae eorum medicae interdum solis pene nominibus superantibus. Vix duo secula sunt, quod Medicina revixit; non plus quam unum est, quod Anatomia floret; nonnisi dimidium, quod interior humani | S. 5 | corporis constitutio patuit, reperta sanguinis circulatione. Itaque mirum est, habere nos tot praeclara praecepta, tot insignes aphorismos, tot efficacia remedia, in tanta ignorantia causarum, quae ad nostra 30 tempora humanum genus oppressit. Cum et Macrocosmi structura ignorata fuerit, donec

7 et primicias *erg. liL* 8 novationibus (1) hactenus turbemus *L* (2) ars turbetur *liL*
 9 interdum *erg. liL* 10 f. quae . . . via *erg. liL* 12 maximae *LD³* maxime *D¹D²* 17 f. Quod . . .
 potest. *erg. liL* 20 Medicinam (1) esse artem vanam, et ut in plerisque abditis (2) ita hic quoque despera
 (3) (si *L* 24 illudunt. (1) Ego (2) Qui (3) Equidem fatendum est (a) nos (b) me (c) Medicinam adhuc
 satis (aa) imperfectam (bb) admodum artem haberi, sed in tanta (4) Qui *L* 31 et (1) Mundi systema (2)
 Macrocosmi structura *L*

Copernicus et Keplerus arcanam Mundi machinam explicuere. Itaque quod tam imperfecta hactenus Medicina est, in tanta facilitate proficiendi (si vellent homines uti concessis a Deo occasionibus) non tam medicis imputandum est, qui saepe districti inter consulentes, vix cibi somniq; vacationem habent; quam potentibus qui tantam publicae curae materiam
 5 privatis, et de vita toleranda sollicitis inique inconsulteque transscribunt. Quid magis mirabile, quam muniri oppida, convocari ingeniarios, imensos sumtus fieri in opera vix aliquando menstruae defensionis suffectura; et interea nihil agi, quo minus intestinus et perpetuus hostis impune grassetur; quem ipsa nostra in nos natura interdum et imprudentia armat. Itaque conquirendi essent observatores, alendi, excitandi, nihilque diligentiae immo
 10 curiositatis reliquum faciendum in re tanta: quod si facerent, ad quos ea res pertinet, ego non dubito, in tanta luce seculi et artis analyticae profectu, et abundantia egregiorum ingeniorum et auxiliorum copia, apertis jam per Chymiam Anatomiamque corporum recessibus plus uno decennio profici posse, quam olim seculo potuisset, aut adhuc poterit, si pergimus esse negligentes. Sed magna potissimum a Germanis hic expecto, quibus prae
 15 caeteris experimenta debet orbis, et a Leopoldina inprimis Societate plurimum nobis polliceor, ex quo Maximus Caesar ejus curam in se suscepit.

(4) Memini me aliquando videre librum, quem Wanslebius ex Aegypto miserat in Galliam, in quo Concilium quoddam sapientum Medicorum a nescio quo Califa an Sultano constituendae Artis causa convocatorum celebratur. Scilicet tunc volebant homines sapere,
 20 cum non possent in illorum scilicet seculorum tenebris; nunc cum possint, nolunt, vel posse se ignorant. Equidem fatendum est, hodie quoque infelicem temporum constitutionem pulcherrimos scientiarum cursus non parum stitisse, quasi Nemesi quadam intercedente, ne feliciores essemus, quam meremur. Et sane, si post pacem Pyrenaeam quiescere Europae licuisset, fortasse nostras jam opes miraremur. Integrae nationes praeclarissima

5 inique (1) imprudenterque (2) inconsulteque L 10 f. ego quidem L D' D² 11 seculi (1) aperto verae scientiae aditu (2) et L 14–16 Sed magna inprimis . . . suscepit liL 17 videre (1) <adiectum> ex oriente (2) librum (a) Arabem, in Regis Christianissimi Bibliotheca reconditum (b) quem L 18 sapientium (1) Arabum (2) Medicorum L 20 in . . . tenebris erg. L 21 ignorant. (1) et ita fatali quadam caecitate nunc poenam vel ignaviae (a) luimus (b) luunt (c) vel (aa) stultitiae (bb) imperitiae luimus Est tamen et in hoste lauda (2) Equidem L 21 f. temporum conditionem L D' D² 22 non parum erg. L 24 nationes (1) laudatissima (2) pulcherrima (3) praeclarissima L

16 suscepit: Die 1652 in Schweinfurt als *Academia Naturae Curiosorum* gegründete private Gelehrtengesellschaft wurde von Kaiser Leopold I. 1672 bestätigt und 1687 mit Privilegien ausgestattet, u. a. erhielt sie den Titel *Sacri Romani Imperii Academia Caesareo-Leopoldina Naturae Curiosorum*. 17 videre: 1676 in Paris; vgl. I,3 S. 307, Z. 9 ff. und I,7 N. 121, S. 229, Z. 23f. 17 miserat: Im Auftrag Colberts erwarb Johann Michael Wansleben während seiner zweiten Ägyptenreise 1672–73 etwa 350 arabische, türkische und persische Handschriften für die königliche Bibliothek. 23 pacem: der Pyrenäenfriede von 1659.

aemulatione de inveniendi laude certabant, principes viri arcanis naturae capiebantur; jam | S. 6 | toto orbe exploratores mittebantur, qui quicquid uspiam egregium est, ad nos referrent comportarentque; cum subito turbine, verso ad arma seculo, pulcherrimae spes evanuerunt. Quid enim praestituro[s] fuisse putamus summos viros principum ardenti curiositate adjutos, cum nunc quoque, ubi remissius agitur, ingentia quaedam incrementa scientiarum 5 auspiciis magni Regis debeat humanum genus. Quod ut hoc loco grati praedicemus, jubent, quae nunc agimus. Nam et Remedium Antidysentericum autoritate ejus studiose comprobatum est, et regia liberalitate (ut accipi) pensatum.

(5) Ut ergo ad institutum redeamus, cum nondum ad nostros, a me licet admonitos, pervenisse medicamenti descriptionem intellexissem; audissem vero a Serenissima Principe nuper ex Galliis ad nos reversa, nihil esse ingenti et praesentanea ejus efficacia certius 10 compertiusque, quae etiam Ipsimet in primaria gynaecaei proprii foemina sese comprobasset; non ultra cunctandum ratus per amicum a Medico practico in Parisiorum urbe insigni, et hujus ipsius curationis usum crebrum habente, notitiam Remedii nondum quod sciam descripti impetravi: cui nunc publice gratias ago, etiam nomen viri optime meriti proditurus, si per modestiam ejus licuisset. Res autem ita habet. 15

(6) Mercator quidam Gallus, cui nomen Grenier, navigator frequens, inter alias merces ex Hispania Lutetiam Parisiorum attulerat centum et quinquaginta libras radices, quam intellexerat magnarum in curanda dysenteria virium esse. Cumque ipse Medicinae faciendae usum non haberet, Medicum ingeniosum et consilio actuque promptum delegit, atque in 20 arcani notitiam admisit, eique partem mercis suae credidit, ut opera ejus successuque ipso increbesceret utilitas medicamenti. Medicus ergo rem strenue gessit, et in aulam introductus Regi ipsi innotuit, cujus jussu sumpta sunt complura experimenta in Nosocomio illo magno, quod vocant Hospitium Dei (Hostel Dieu) aliisque publicis locis. Quid multa? comperta medicamenti virtute jussu Regio, summa pecuniae non contemnenda Medico 25

1 certabant, (1) societates Regiae (2) principes L 3 spes (1) conciderunt, et (a) Regi Christianissimo (b) magno Regi paulo solidior gloria interciderit, quam quae (aa) ipse domitus Rheno aut pado (bb) victori subactis dari posset. laudanda (2) evanuerunt. L 5 remissius agi coepit ingentia L remissius ingentia D¹ D² 6 Quod (1) utique nunc in hoste quoque laudemus (2) utique hoc . . . praedicemus L 19 intellexerat repetitisque antequam emeret experimentis viderat magnarum L

3 verso . . . seculo: durch die Kriege im westeuropäischen Raum. 9 f. admonitos: vgl. N. Med3, S. 474, Z. 2 – S. 474, Z. 4 und dort die Variante zu S. 474, Z. 3. 11 reversa: Herzoginwitwe Benedikte war nach vierzehnjährigem Frankreichaufenthalt im November 1693 nach Hannover zurückgekehrt. 12 foemina: nicht ermittelt. 13–15 per amicum . . . impetravi: Durch den hannoverschen Residenten in Paris, Chr. Brosseau, erhielt Leibniz im April 1695 als Beilage zu I,11 N. 265 den Brief des Arztes S. Boulduc mit Nachrichten über die Ipecacuanha-Wurzel (HANNOVER *NLB* LH III 4,4 Bl. 30–32), auf dem der in Absatz 6) beginnende Bericht beruht. 20 Medicum: J.-A. Helvetius.

donatur, privilegio praeterea indulto, ut solus distribueret, atque in singulos aegros certum pretium acciperet.

(7) Sed inde natae sunt contentiones acerrimae inter Medicum et Mercatorem, mercatore omnia questibus implente, et se tanti beneficii autorem, dissimulatum, ac per summam injuriam contra pacta circumventum clamitante. Re tamen ad Senatum Supremum, |S. 7| quem Parlamentum vocant, delata, pro Medico valuit privilegium Regium et professionis autoritas, cui medicamenti administratio jure conveniret; jussus tamen est satisfacere mercatori. Qui rem aegre ferens aliis quoque vendere novam et jam celebratam mercem coepit, quam deinde multi in urbe Medici et pharmacopolae cum fructu adhibuere, donec tandem ipsa consciorum dissensione totius arcani ratio in publicum emanavit. Ut adeo Hesiodeum illud locum hic, si uspiam habeat: Ἀγαθὴ δ' ἔρις ἥδε βροτοῖσι. Tametsi fatendum videatur ita vel hac una re de republica meritum fuisse Grenerium, ut insigne aliquod praemium jure suo potuerit expectare. Sed valuit hic quoque crebrum illud inter mortales: *Sic vos non vobis*. Quanquam enim negari non possit primo Pisoni descriptionem 15 deberi, non raro tamen sit, ut res praeclarae in oblivionem veniant. Cortex Peruvianus jam ante annos quadraginta quinque propemodum celebratus pene conciderat, donec per Talbotium restitutus dignitati plausum in aula invenit. Jam viginti et amplius anni sunt, quod mire praedicari audivi herbam Paraguay a natali provincia Paraquaria dictam, quae (rarum) ita emetica est, ut stomacho vis non fiat, magnaeque praeterea ob salutare effectus in India 20 Hispanica famae, nec tamen, quod sciam, hactenus in nostras officinas recepta. Itaque etiam medicamenta ipsa *sua fata* pro captu hominum *habent*, ut adeo saepe non minus restauratori atque propalatori quam inventori debeamus.

3 sunt (1) litigia (2) contentiones L 4 f. per . . . pacta erg. L 8 celebratam (1) materiam (2) mercem L 14–22 Qvanquam . . . debeamus erg. L 15 Cortex febrifugus L 16 f. Talbotium (1) aulae applausum obtinuerit (2) sese in aulam insinuavit (3) restitutus . . . invenit L 20 f. Itaque (1) optima res (2) non libelli tantum (3) medicamenta L 22 debeamus. Non ego tamen (1) Medicum (2) quicquam de Medico (a) durius (b) seqvius statui velim, re minus explorata, virum enim L

11 locum: HESIOD, *Opera et dies*, 24. 14 *Sic . . . vobis*: AELIUS DONATUS, *Vita Vergilii*, 17. 14 f. deberi: W. PISO, *De Indiae utriusque re naturali et medica libri quatuordecim*, 1658. 16 celebratus: Die chininhaltige Rinde des Cinchonabaums wurde 1649 in Europa bekannt. 16 f. Talbotium: Mit einem chininhaltigen Mittel erzielte der Engländer Robert Tabor, bekannt als Chevalier Talbot, in Frankreich und England seit 1678 große Heilerfolge, auch in den Königshäusern. 20 recepta: I, 11 N. 299 und N. 322 belegen Erkundigungen von Leibniz im Frühjahr 1695 über Eigenschaften und Anwendung der Pflanze. Die Korrespondenz mit J. Bernoulli in der ersten Jahreshälfte 1696 (GERHARDT, *Mathematische Schriften*, 3, 1, 1855, S. 254, 262, 277, 284) zeigt ihn interessiert am Erwerb. 21 *sua . . . habent*: in Anlehnung an »Habent sua fata libelli«; vgl. H. WALTHER, *Proverbia sententiaeque latinitatis medii aevi. Lateinische Sentenzen und Sprichwörter des Mittelalters*, 2, 1964, Nr. 10529.

(8) Quare nec de Medico quicquam sequius credi judicari velim. Virum enim doctum, et artis operibus clarum, et praesertim Senatus Regii sententia victorem excusationes suas habuisse, credi par est. Unde praetereunda putavi, quae acrius ab adversario dicta ad me pervenere. Certe licet ab alio edoctus fuerit, multum tamen ipsi quoque debemus, cujus industria prudentiaque inclaruit medicamentum. Nam famae primordiis pleraque constant; et optima quoque commendatione atque insinuatione apta indigent: et poterat alius imparis industriae rem quantumlibet excellentem pessundare aliquo errore, velut in herba oppressam, et vix post multos annos publicae saluti ab aliquo feliciore in theatrum reducendam. Nunc egregii viri felicissima opera factum est, ut honor medicamento constet, fructusque in publicum mature dimanaverit.

(9) Caeterum, cum ipsa Medicamenti descriptio quantum sciam, nondum satis hactenus innotuerit; levato velo rem omnem | S. 8 | boni publici causa in apicum producendam putavi. Sciendum est ergo, Radicem esse Americanam, descriptam jam tum a Guilielmo Pisone in *Historia naturali et medica Brasiliae*, qui hanc ipsam, de qua agitur, ejus virtutem non ignoravit, et satis efficacibus verbis expressit, sed alexipharmacam quoque facultatem quanquam verissime tribuendo nonnihil fortasse lectoris animum alio avertit. Scilicet adeo assueti sumus immodicae simplicium commendationi, ut nisi descriptor multum et diu inculcet virtutem plantae vix serio aut vix certe ex usu rerum, sed magis ex relatu scripsisse judicemus. Nomen plantae est Ipecacuánha, cujus partem primariam Radicem Antidysentericam merito appelles. Sed ecce verba Pisonis (lib. 4. cap. 53. pag. 231. editionis Elzevirianae ann. 1658.) quem merito velut primum autorem commendamus, si quidem, ut ait, nemo ante ipsum aut plantam descripsit aut virtutes ejus publicavit:

IPECACUANHA.

(10) *Tandem (inquit) ad decantatas has salutiferas radices ordo nos deducit, quae praeter facultatem purgatricem per superiora et inferiora omni veneno eximie adversantur. Nec credo, praestantius remedium adversus plurimos morbos ex longa obstructione ortos, imprimis in ventris fluxibus medendis, in hisce terris reperiri facile.*

3 Unde supprimenda putavi (1) quae Grenerius in ipsum dixit (2) quae L 7 errore, (1) et privare nos fructu et efficere, ut multos in annos adhuc re tantae utilitatis careremus *Absatz* Sed nunc ad descriptionem venio, et (a) quo (b) rem (c) totum (2) *Absatz* Caeterum L 11 sciam (1) non L (2) nondum *liL* 16 fortasse *erg. L*

14 Pisone . . . Brasiliae: W. PISO, *De medicina Brasiliensi libri quatuor* im *Sammelwerk Historia naturalis Brasiliae*, 1648, vgl. N. Med3, Erl. 23 IPECACUANHA . . . *Chamaemeli*: W. PISO, *De Indiae utriusque re naturali et medica libri quatuordecim*, 1658, S. 231 f.

Duae existunt species, neutra a nemine, quod sciam, descripta, earumve qualitates eximiae in lucem protractae. Utraque eidem usui dicata, sed gradibus facultatum, tum et facie et natali solo differunt. Una enim earum humi depressa, exiguior, in pratis crescit, pulegio non admodum dissimilis: nam caulis foliis lanuginosis exurgit multis, albisque
 5 flosculus cingitur: radix illius est crassa, filosa, albicans, a Lusitanis ad differentiam Ipe-
 cacacuánha blanca dicta, quae quod minus turbet corpus, et venenis validissime resistat, aequae pueris ac gravidis exhibetur.

Altera, cujus Iconem hic damus, est longitudinis semicubitalis, trinis vel quinis tantum foliis ornata. Gaudet locis opacis, et tantum in densioribus reperitur nemoribus. In sum-
 10 mitate caulis baccas producit nigras, sed paucas. Radice est tenui, tortuosa, nodosa, fusci
 coloris, saporis ingrati, amari, calidi et acris. Exsiccata |S. 9| in multos annos reservatur, nec facile vires deponit antidotales, sudoríferas, sed quidem vomitivas. Ejus in pulverem redactae dosis est drachma; in infuso, drachmae, plus, minus, duae. Facultatem habet abstergendí, meatus reserandi, ac infarctus exsolvendí.

Utriusque quotidianus est usus, malunt tamen dilutum, quod vel unius noctis sub dio
 15 maceratione aut coctione in aqua, medicam suam virtutem abunde liquoribus communicet. Postea caput mortuum reservatum, denuoque eodem modo praeparatum, in eundem usum exhibetur; minus quidem effícax ad purgandum vel vomendum, sed magis adstringens. Ita ut radix haec non solum materiam morbificam, licet tenacissimam, a parte affecta revellat,
 20 eamque per superiora expellat, sed et adstringendo viscerum tonum restituat. Praeterquam enim quod fluxibus ventris, aliisque morbis medeatur; venenis adversatur, virusque tum occulta qualitate, tum manifesta per vomitum statim expellit. Quamobrem religiose a Bra-
 siliensibus reservatur, qui illius virtutes primi nobis revelarunt.

CAA-APIA.

25 Secretum hujus herbae Lusitanis debemus, qui nobis eam suppeditarunt. Pusilla est planta et depressa, sed [. . .] humilitatem praeclaris dotibus abunde compensat. Ex radice enim pennam olorinam crassa, verrucosa, filamentis ad latera, et inferius tenuibus praedita, exterius e griseo flavescente, interius alba, tres vel quatuor pullulant pediculi teretes, qui
 30 quilibet unicum folium sustinent, obrotundum vel oblongum, tenerrimum, superius splendide viride, inferius paulum albicans, habens nervum et inferius venas transversim conspicuas.

Florem fert in proprio pediculo rotundum, umbilici figura, floris Bellidis aemulum, multis staminulis constantem, ex quo semen provenit minus Sinapi. Radix ejusdem cum
 35 Ipecacuánha praestantiae et effícaxae, unde et Ipecacuánha abusive a quibusdam appellatur. Cujus vicem in vomitu ciendo, et alvi profluvio compescendo egregie supplet.

Eo tamen discrimine observato, quod primam suam dignitatem a virtute antidotali sortitur, quam an aliunde mereatur, nisi quod viscera tetrus fuliginibus liberet, mihi | S. 10 | nondum experiri licuit. Radix primum haud manifesto sapore est praedita, sed mansa, quodammodo acris est, et relinquit in lingua vellicantem humorem.

Differt porro ab Ipecacuánha, quod ad vomitum proritandum minus sit valida, nec 5 pari efficacia humores peccantes per superiora exturbet: quo fit, ut radix, quae odore et sapore alteri cedit, majori quantitate exhibeatur.

Indigenae integram plantam contundunt, et succo praelibato virus a ventre excludunt: a colubris laesi, aut sagittis venenatis percussi, eundem antidoti loco, vulnere instillant, non sine successu. 10

Datur hic et alia Caa-aptae species, priori per omnia similis, exceptis foliis; quae quidem ejusdem sunt figurae, sed in ambitu serrata et hirsuta: pediculi horum raris vestiuntur pilis. Florem fert in proprio pediculo rotundum cum umbilico in medio instar floris Chamaemeli.

Idem autor lib. 5. cap. 19. pag. 310. Duae, inquit, herbae Antidotales nomen Ipeca- 15 cuánha sibi vendicant; quarum prior, ob evidentem vim emeticam, ut praecedenti libro prolixè docui: posterior vero, [. . .] Caapia vulgo nomen audit, ob alexiterias virtutes magis celebris, proinde quod quaecunque venenum assumptum, antequam ex ventriculo et primis viis ad penetralia corporis permeaverit, per vomitum benigne ejicat, si duae circiter 20 drachmae ex liquore convenienti maceratae propinentur: Mox secundum ejus infusum vel solum vel cum radice Jaborandi mixtum superadditur, non quidem ad vomitum, sed ad urinas et sudores concitandos. Ita ut in hac nobilissima planta diversae qualitates se prodant, utraeque quidem veneno exturbando dicatae, sed ita tamen, ut hae posteriores altius positae, tum demum se videantur manifestare, cum emeticae facultates post primam praeparationem [. . .] evanuerint. 25

(14) Sed cum idem libro secundo, ubi de morbis agit cap. 9. de ventris fluxibus, hujus quoque medicamenti meminerit, quaedam inde huc transferre placet: *curatio (inquit) primo a clysteribus abstergentibus, qui mel sylvestre inprimis recipiant, incipit. Interim corpus Syrupis aliquandiu similibus praeparatur. Dehinc ad radicem Ipecacuánha tanquam ad sacram anchoram confugiendum, qua nullum praestantius aut tutius, cum in hoc (albo alvi 30 profluvio sine febris, ex frigida materia orto) tum in plerisque aliis cum vel sine sanguine fluxibus compescendis natura excogitavit remedium. | S. 11 | Quippe praeterquam quod tuto et efficaciter tenacissimos quoque humores per ipsam alvum, saepissime autem per vo-*

15–25 *Duae . . . evanuerint*: W. PISO, *De Indiae utriusque re naturali et medica libri quatuordecim*, 1658, S. 310 f. 27–S. 494.7 *curatio . . . appareat*: W. PISO, *De Indiae utriusque re naturali et medica libri quatuordecim*, 1658, S. 37.

mitum ejiciat, et a parte affecta derivet, vim quoque astrictivam post se relinquit. Non enim vomitus solum sponte superveniens, ut ait Hippoc[rates] Aph[orismorum] 15. lib[ro] 6. sed et arte concitatus sub eodem aphorismo comprehendi potest. Illud vero hoc modo perficitur: Drachmae duae radice Ipecacuánha in unc[iis] IIII. liquoris appropriati
 5 coctae, [. . .] vel sine oxymelis unc[ia] I. exhibetur: postridie semel atque iterum pro re nata secunda, imo tertia ejus decoctio (ejusdem scilicet) repetenda, tam quod aegri debiliores eam facilius ferant, quam quod astrictoria ejus vis tunc magis efficax appareat.

Mox et in tenesmo cap. 10. Ipecacuánham suadet, quando ex superioris ventris partibus videlicet ventriculo, mesenterio et intestinis materia cruda delabatur, per vomitum
 10 proinde revellenda sed denique cap. 12. de dysenteria ipsa agens, videtur non plane satis suae tantopere commendatae radice benignitatem scivisse, et aliquando veritum in corpore valde cacochymico, ne laxativo quantulocunque mordax humor provocaretur; quod an regionibus illis peculiare sit (nam de medicina in Brasilia facienda ibi scribit) non dixerim. Usus nuperus in Europa nos ab hoc metu visus est liberasse. Si quando tamen, inquit,
 15 evacuationi locus, radicem vomitivam Ipecacuánha exquisitissimum naturae munus, caeteris remediis praeferre conducit. Atque haec quidem sunt, quae nobis Piso suppeditavit.

(15) Nunc aliquid addi opus est de nupero in Gallia usu. Tres ad me perscribitur species radice allatas fuisse, unam nigricantem (noirastre) aliam coloris flavi aut fusci
 20 (de couleur blonde ou brune) tertiam candidi. Fuscam vel brunam optimam esse experientia docuit. Nam nigra nimis vehemens deprehensa est, alba exiguum aut nullam virtutem ostendit. Usus magis substantiae in pulverem redactae quam infusionis placuit; forte quod pretium materiae et raritas parsimoniam suaderet, et minor quantitas substantiae sufficiat. Dosis ordinaria est a drachma semis ad integram, in uno vel altero cochleari vini
 25 aut jusculi, jejuno stomacho, vel si res exigat, duabus horis post pastum.

(16) Quod rationem obtinendae Radice attinet, Grenerium ex Hispania attulisse scriptum est, et ipse in notis ad Methodum medendi mox subjungendis, ait, ex Peruvia venire non minus quam corticem febrifugum; quem Gannaperidem illic vocari ajunt, nostri Chinam |S. 12| Chinae vocant. Non tamen dixerim, an non forte Peruviae vocabulum latius

5 coctae, vel per noctem maceratae, cujus infusum cum vel L

8 10.: W. PISO, *De Indiae utriusque re naturali et medica libri quatuordecim*, 1658, S. 38.
 10 cap. 12.: W. PISO, *De Indiae utriusque re naturali et medica libri quatuordecim*, 1658, S. 39 f. 18 f. perscribitur: Im Brief Boulducs, LH III 4, 4, Bl. 32'. 26 f. scriptum: Im Brief Boulducs, LH III 4, 4, Bl. 30'. 27 notis: unten S. 504, Z. 2 – S. 504, Z. 21. 27 Methodum: unten S. 497, Z. 8 – S. 503, Z. 9.

acceperit, et an sub Hispaniae appellatione Lusitania, ut saepe fit, fuerit comprehensa. Certe per Lusitanos ex Brasilia haberi Radicem posse, dubium esse non potest Pisonem legenti. Non ideo tamen negaverim, etiam per Hispanos ex Peruvia afferri, multa enim simplicia Brasiliae et Peruviae communia, ipsumque Balsamum, Peruviani nomine celebre, etiam in Brasilia reperiri, ut alia taceam, ex ipso Pisone constat; compertum tamen est 5
postea radicem qua Grenerius usus est, revera ex America venisse. Eoque facilius impetrabitur hoc medicamentum, si pluribus regionibus commune est. Et Batavi aut Hanseatici mercatores creberrime in Hispaniam et Lusitaniam navigantes, facile desiderii nostris satisfacient, si a Medicis doctis rite instruantur.

(17) Porro ex his multa discimus profutura, et silentium nonnullorum pertinaciae 10
impositura. Sunt enim non pauci, qui negant dari in morbis medicamenta tam probatae virtutis, ut omni temperamento aut constitutioni quadrent. Alii exotica omnia damnant, ut nostris corpora incongrua. Sunt, qui prae fracte negant extare medicamenta vere specifica, quibus omnibus opponi Ipecacuánha potest. Et quanquam non incredibile sit per antimoniata cum aliis rite combinata, posse obtineri succedaneum radice Antidysentericae; difficile tamen fortasse fuerit, omnes ejus virtutes tam commode in medicamento composito 15
conjugi, quando simul et astrictoria et alexipharmaca virtute pollet, quorum utrumque requiri videtur, praesertim in morbo tantae pertinaciae et malignitatis. Et multum inter nostras et naturae combinationes interesse constat.

(18) Crediderim vero et alios usus egregios hujus medicamenti temporis tractu ap- 20
parituros. Cum enim diuturnas obstructions aperiat et tam innocenter imo laudabiliter purget, et tonum viscerum restituat, et praeterea malignitati obsistat, facile intelligi potest, quam late pateat ejus utilitas. Cortici ipsi febrifugo praeferri posse videtur haec radix, quia non tam sistit pravi humoris motum (ut cortex facit) quam mali fontem tollit, et recidivae est expers. Corticis vero ambiguum aliquando usum esse, egregiis medicis compertum 25
habetur, quod non raro tam prava constitutio curationem consequatur, ut praestaret febrim redire. Utrumque tamen sui generis praestans esse medicamentum et omnibus veterum facile opponendum, fateri oportet.

(19) Porro cum multa alia adhuc simplicia rerum exoticarum |S. 13| scriptores non minoribus elogiis commendent, potest nos opinione major Ipecacuánhae successus ad- 30

5 f. compertum . . . venisse. *fehlt* LD^1D^2 7 medicamentum, (1) quo minus ab una gente pendet (2) si L 9 instruantur. *Absatz* (1) Neque (2) Qvanquam autem haec sufficere posse videantur, placet tamen uberrioris notitiae causa adjicere (3) *Absatz* Porro L 18 praesertim et D^1D^2

monere, ne facile relationes peregrinatorum spernamus, generali illo suspecti praetextu, qui nullis magis in promptu est, quam rerum ignaris, alienae laudis detractoribus. Nec dubito superesse his jam compertis non inferiora. Equidem cautiones prudentium Medicorum probo, nec Chifletio vitio ducendum puto, quod tardius Gannaperidi fidem adhibuit, et
 5 celeberrimi Redii etiam commendandam severitatem censeo, qui facta inquisitione multas Exoticarum virtutes ad fabulas relegavit. Nolim tamen alios iudicii impares exemplo ejus abuti; et si eligendum est, malim inclinare ad sperandi facilitatem, qua alatur experiundi curiositas, (dummodo aegrorum periculum absit) quam affectato supercilio, quo se plerumque superba et infida armat ignorantia, deterreri homines a conatu proficiendi.

10 (20) Denique, quanquam haec sufficere posse videantur, ne quid tamen hic omitterem, quo juvari dirigitque posset usus remedii generosi, subjiciendam putavi Methodum eo utendi, ex Gallico translata, quam praescripsit Medicus celebris Adrianus Helvetius, Joannis Friderici Scriptis et praxi apud Batavos Clarissimi, filius in Gallia nunc florens, cujus nuper etiam libellus prodiit de febrifugo per enemata dando. Is ergo cum usu Antidysenterici Novi ante omnes inclaruisset, hanc methodum publicavit, dissimulato tamen nomine
 15 et natura Medicamenti. Subjecimus breves in eandem Methodum a Grenerio ejus adversario scriptas, omissis quae mordaciora videbantur. Facile autem virorum in arte peritorum iudicium sequimur, qui praecepta Helvetii etiamsi necessaria non essent, laudanda tamen iudicant, et peritiam ingeniumque auctoris non mediocre ostendere arbitrantur; et nonnulla
 20 etiam in aliis morbis prodesse posse censent; praesertim cum in novi et incogniti Remedii administratione nulla cautio superflua videri posset. Adjecimus etiam excerpta ex privilegio Regio et Testimonio primarii Regis Medici, quibus initio statim maxime autoritas fidesque Medicamento accrevit. Quod enim majus elogium dari poterat, quam quod Rex magnus a peritis, quibus commissum fuerat examen, ad se relatum profiteretur, successisse
 25 indiscriminatim in omnibus omnino aegris, in quibus experimentum sumtum fuit, etiam in maxime desperatis?

(21) Cum igitur Bibliopolae recudendum commendassem nuperrime editum mihi que transmissum libellum practicum Martini Listeri, Medici, et naturae exploratoris apud An-

9 et invida $L D^1 D^2$

4 Chifletio: J. J. CHIFFLET, *Pulvis febrifugus orbis Americani ventilatus*, 1653. 5 Redii: F. REDI, *Esperienze intorno a diverse cose naturali e particolarmente a quelle che ci son portate dell' Indie*, 1671. 14 libellus: J.-A. HELVETIUS, *Methodo pour guerir toute sorte de fievres sans rien faire prendre par la bouche*, 1694. 15 publicavit: J.-A. HELVETIUS, *Lettres patentes du Roy, portant pouvoir au Sieur Helvetius Docteur en Medecine, de debiter seul ses remedes contre le Cours de ventre, le Flux de sang et la Dysenterie, dans toute l'etendue du Royaume*, 1688. 21 adjecimus: unten S. 503, Z. 11 – S. 503, Z. 26. 27 Bibliopolae: G. Freytag. 27 commendassem: im Sommer 1695. 28 libellum: M. LISTER, *Sex exercitationes medicinales*, 1694. Der Nachdruck erschien im Herbst 1695 (vgl. *Catalogus Universalis . . . Librorum, qui . . . Nundinis Autumnalibus . . . Anni 1695 . . . prodierunt* und die Vorbemerkung zu unserem Stück), trägt aber die Jahreszahl 1696.

glos excellentis; eoque |S. 14| magis laudandi, quod antiquorum reverentiam cum studio nova observandi acerrimo conjunxit; quanquam non is ego sim, qui de caetero sententiae ejus peculiaribus iudicium meum interponere audeam: putavi hanc Relationem de novo Antidysenterico, non incommode addi posse; cum et Listeri liber peculiare morbos persequatur. Studium autem meum (hominis nihil sibi in scientia aliena vindicantis, sed aliorum tantum munera opportune, ut videtur commendantis) optimos quosque Medicos, ut solent esse χαριέστατοι, aequi bonique consulturos spero.

Methodus utendi novo Remedio contra diarrhoeam, dejectiones sanguinolentas et dysenteriam ex Gallico translata.

(1) Quoties remedia usu communi in Medicinam recepta dysenterias, diarrhoeas pertinaces et chronicas tollere non potuerunt, Medici etiam celeberrimi ab omni retro memoria naturam morbumque sibi relinquere coacti sunt, qui tamen hic raro felici exitu terminari consuevit.

(2) Quae causa fecit, ut crediderim me rem gratam facturum non medicis minus, qui hactenus frustra saepe regulis artis instituere quam aegrotis, qui per remedia generalia sanitatem recuperare non potuerunt; si methodum infallibilem communicarem, quibus haec morborum genera, quantumvis periculosa et inveterata sanari possint; ita ut nullae restent mali reliquiae; nullusque recidivae metus supersit. Ab hoc tamen numero aegrorum hac arte sanabilium excipio Phthisicos, Atrophiam laborantes, Hydropicos, eosque quibus insignis jam corruptio partis in infimo ventre accidit, quoniam fluxus ventris his superveniens caloris naturalis extinctionem et propinquam mortem indicat. Itaque ab his remediis sperari ad summum dilatio aliqua poterit, non perfecta curatio.

(3) Sed et hoc moneri oportet, eos quibus diuturnitate morbi delirium, singultus, vomitus cum tensione dolorifica in infimo ventre dejectionibusque faeci vini similibus aut loturae carni cadaverosi odoris oborta sunt, frustra salutem speraturos; cum haec certa sint indicia gangraenae in intestinis. |S. 15|

8 f. dysenteriam praescripta a Domino H. Medicinae Doctoris celeberrimo, et ex Gallico *L* 15 artis institere *L D¹ D²* 19 f. eosque qui escharam notabilem habent in infimo ventre; quoniam *L*

5 nihil . . . vindicantis: in Anlehnung an das sprichwörtliche »humani nil a me alienum puto«. 9 ex . . . translata: Übersetzt nach der in LH III 4, 4, Bl. 12^r–14^v überlieferten, von Leibniz korrigierten Abschrift »Methode de Monsieur Helvetius D. E. M. pour l'usage de ses Remedes dans le cours de ventre le flux de sang et les dissenteries«.

(4) Caeteri omnes dysenteria laborantes facile curabuntur, si sequentia observent.

Per continuos tres dies mane et vesperi sumi oportet pulverem signatum (a) in vino, aequali aquae quantitate temperato; ut corpus paulatim ad purgationem disponatur, ac temperentur corriganturque humores acres, qui aquae fortis aut spiritus nitri naturam ha-
 5 bent, excoriantque, rodunt et exulcerant tunicas intestinorum et ostia vasorum; ita ut simplex diarrhoea saepe in dysenteriam degeneret, dum humores depravati indies magis magisque corrosivi fiunt, morbique vis augetur. Itaque ut ad curationem securius perveniatur, a corrigendae sistendaeque humorum malignitatis cura incipiendum est, quod primum hoc remedium praestat.

10 (5) Diaetae regimen in eo consistit, ut leve jusculum duabus postea horis elapsis sumatur, vel crusta panis in vino tincti, vel ova recentia cum panis similaginei segmentis. Prandium deinde exiguum sequetur: et, si horis pomeridianis alimentum necessarium videatur, poterit comedi panis tinctus in vino saccharato, vel frustulum bis cocti ex aquae vini-
 15 que mistura: inde vesperi rursus adhibebitur pulvis signatus (a) et coena erit mediocris.

(6) Quarta die mane succedet dosis signata (B.1.) in jusculo vel in vino medietatem vitri usitati implente. Hoc remedium liberabit ventriculum a bile viscida et faeculenta, quae calorem naturalem debilitat et digestionem alimentorum prohibet; qua ratione fit, ut chylus ad perfectionem debitam non perveniat, sed potius acescat, unde tota sanguinis massa alteratur, turbaturque corporis oeconomia, et gravia illa symptomata nascuntur, quae hunc
 20 morbum comitari solent. Quatuor deinde horis transactis, jusculum proderit, victusque ea die erit moderatus. Et binis sequentibus diebus rursus ut ante sumetur pulvis (a).

(7) Septima die adhibeatur medicamentum signatum (C) in haustu ptisanae infra descriptae. Hoc remedium paulatim obstructions tollere incipiet et duabus post horis jusculum sequetur.

25 Die nona Dosis signata (B.2.) in jusculo aut vino; diaeta erit quae supra.

Die undecima iterum medicamentum (C) cum diaeta eadem, quae prius.

Die 13. Dosis signata (B.3.) cum diaeta, qua usus est aeger, cum sumeret (B.1.) et (B.2.)[.] | S. 16 |

10 f. elapsis *fehlt* L D¹ D² 23 remedium tollet partem obstructionum et duabus L

2 sumi . . . signatum (a): Was sich hinter dem mit (a) gekennzeichneten Medikament und den weiter mit (B1–4) und (C) bezeichneten Mitteln verbirgt, ist auch im Druck von J.-A. HELVETIUS, *Lettres patentes du Roy, portant pouvoir au Sieur Helvetius Docteur en Medecine, de débiter seul ses remedes contre le Cour de ventre, le Flux de sang et la Dysenterie, dans toute l'étendue du Royaume*, 1688, nicht angegeben. Der von Helvetius veröffentlichte Text wird nicht als Herstellungsanweisung für Apotheker, sondern als Medikamentierungsanweisung für Patienten zu verstehen sein.

Die 15. Dosis signata (B.4.) diaeta sit eadem, quae post tres doses priores fuit usurpata.

(8) Secuta sic curatione, magna tamen adhuc cautione opus est, et victu non minus exquisito, quam si adhuc morbus urgeret. Itaque nec dies de more observandi sunt, quibus a carnibus abstinetur, nec potu ad glaciem frigefacto utendum. Et quotidie purgandum 5 corpus medicamento (C), qua ratione recidiva infallibiliter cavebitur, natura a pondere opprimente liberata.

(9) Diebus vacantibus, quibus paulo ante medicamentum nullum fuit assignatum, veluti octava, 10, 12, poterit mane et vesperi sumi pulvis (a) ut supra. Si aeger noctu quiescere nequeat ob magnitudinem dolorum, aut sedes nimis frequentes, opus est, ut 10 vesperi duabus horis post pastum sumat syrupum corall[ii] dilutum agitatumque in vitro aut sesqui cochleari ptisanæ prout jubebit vis mali.

(10) Syrupus iste sistit et domat fermentationes et ebullitiones humorum et somnum reddens, naturae vires restaurat, ut remedia tanto efficacius agere possint.

(11) Quin et sumendum erit de Syrupo eodem, quantum cochlear capit vesperi ejus 15 diei, qua medicamenta B aut C sunt sumta; quamvis nullus dolor sentiatur.

(12) Omnia haec medicamenta mane jejuno stomacho adhibenda sunt, aut vesperi duabus horis ante coenam: qui vehiculum liquidum refugient, poterunt tenuissimo panis genere involuta deglutire et superbibere.

(13) Illud notasse refert, si forte conatum vomendi usu remediorum excitari sentiatur, 20 cavendum quidem esse vomitum quoad licet, si tamen prohiberi nequeat, non ideo animum despondere oportere, nihilominus enim obtinebitur sanitas ob promptitudinem, qua remedia haec immediate agunt in causas morbi. Tantum observetur, ut in vomitionis intervallis ter quaterve aquae tepidae sumatur paulum, ita vomitus minore fiet violentia.

(14) Quoad infantes, personas tenerioris constitutionis et foeminas sequens methodus 25 observetur. Lactantibus et nondum trimulis detur octava pars dosium, qui vero trimuli decimum aetatis annum non excesserint, iis pars quarta satis erit, decimum supergressis, sed necdum quindecennibus tertia; ab anno decimo quinto ad vigesimum dimidia porrigatur. Quae sane etiam sufficet delicatis, senibus et gravidis. Robustiores a vigesimo anno aetatis ad sexagesimum |S. 17| non recedent a dosibus supra praescriptis. Quoscunque aut 30 complexio delicata aut aetatis imbecillitas aut graviditas integras doses sumere vetabit, iis eadem remedia adhuc semel reiterabuntur, diminutione praescripta; qua ratione sanitatem, quanta unquam gavisu fuere, sibi rursus promittere possunt.

(15) Saepe cum dysenteriam comitabitur febris, et magna fiet sanguinis dejectio, aut dolores erunt valde graves, poterit semel iterumve sanguis aegro mitti, modo id vires patiantur. Nempe ut vasa depleantur, ardor febrilis temperetur, et motus sanguinis impetu-
 5 dosi signata (B.4.) quae supra diei decimae quintae erat destinata. Nempe ad plenitudinem minuendam, quae aliquando tanta est, ut periculum sit in mora. Et sic quinta decima die quiescet. Finito remediorum usu mane et vesperi per duas septimanas sumatur cochlearis
 10 quantitas de Elixire Stomachico vel per se vel cum quadruplo aquae mixto. Elixir ipsum ita componetur:

Elixir Stomachicum.

(16) Rec[ipe] Ligni Santali rubri, ligni aloes, ana 2. unc[ias,] cinnamomi 2. unc[ias,] Cardam[omi] min[oris,] galang[ae,] caryoph[yllatae,] Zedoar[iae] ana 1. drachm[am,] Sem[inis] anis[i,] foenic[uli,] gran[ae] Kermes ana 2. drachm[as,] glycyrrhizae 2. unc[ias,] terrae catschu vel catechu[,] crystal[li] min[eralis] an[a] 1. unc[iam,] uv[arum] damasc[en-
 15 arum] 4. unc[ias,] dactyl[orum] palm[arium] n[umeros] 10. vel 12. uvae et dactyli in partes minutas secentur, et tundantur, quae tundi debent. Deinde omnia ponantur in vitreo vase, superfundatur semipinta (chopine) spiritus vini, in quo prius dissolveris crystallum mine-
 20 ralem: macerentur per noctem, sequenti die rursus duae pintae spiritus vini superfundantur, et ita infusa stent in frigido per quatrimum; vitro quater aut quinquies quotidie agitato:
 inde liquidum filtrabitur, et in eo solvetur libra sacchari optimi, et addetur succus ex
 25 duobus malis citreis expressus. Ita erit Elixir confectum. Usus ejus est confortare cere-
 brum, corque et partes nobiles omnes dissipatione Spiritu[u]m debilitatas, corroborare stomachum, cruditates corrigere, et omne ventosum flatulentumque huic malo solenne
 dissipare.

(17) Regimen diaetae toto morbi cursu huc redit, ut comedatur parum, eviteturque
 quicquid est difficilis digestionis, nec bene |S. 18| distribuitur, aut quod facile corrumpitur;
 quales cibi sunt artocreas varii generis, irritamenta ferculorum (ragousts) bovina praesa-
 30 pida (boeuf à la mode) suilla recens aut salita, cibi, quos nigros vocamus etc. Pro his
 substituentur succulenta et bene nutrientia, qualia sunt jus, cui incocta frusta laudabiliora
 35 carnis bovinae aut ovillae, vel de perdice sene, aut gallo, cui ossa comminuta, nullis herbis
 adjectis, pro quibus addi possunt caepae binae caryophyllis trajectae. Elixir carnibus abs-
 tinendum erit, si facultates patiantur meliores cibos haberi, donec se integre restitutum

sentiat aeger, nam ventriculum debilem inutili saburra gravant. Itaque praestat mane et vesperi comedi carnes assatas teneras ad nutriendum aptas, sine lardo, tantum jure madefactas, aut pauxillo butyri recentis. Masticetur probe cibus, antequam deglutiatur, bibaturque vinum vetus cum aqua, et pro potu extra pastum ptisana supra dicta.

(18) Aeger mentem contineat in statu tranquillo, ne quo affectu vehementi agitetur, qui renovare fermentationem sanguinis et humores turbare possit. 5

(19) Si res aegri parum lauta sit, ut sumtus alimentorum exquisitorum vix ferre possit, suffecerit jus carnis, aut, si hoc desit, jusculum ex lacte vel brodium, cui caepae incoctae, vel oryza in aqua aut lacte cocta, pro gustu cujusque et complura ova recentia. Ita alimenta velut tegmine obducent partem affectam, et contra acredinem humorum defendent. 10

(20) Cum plerumque dysenteriam sequatur sitis, ut aegri sibi persuadere soleant, malum esse a calore; monendi sunt etiam atque etiam, ut a potus excessu sibi caveant; calor enim et siccitas in ipsis non causae, sed symptomata sunt morbi, quin potius cum in hoc sunt statu, studiosius sibi in bibendo moderari debent, quam alias solent. Nam nihil ipsis tunc noxium magis est, quam frequens potus, qui stomachum debilitat, et calorem 15 naturalem frangit. Sufficit gargarisare os aqua saccharata, in qua sit quarta pars omphacii. Ita facilius sitim ferent; nec vero bibent, nisi ad summum transacto bihorio a pastu.

(21) Cum sint aliquando, quos mali pertinacia ita afflixit, ut carne velut detracta ossibus haerere videantur, convenit, ut medio inter remedia tempore injiciantur ipsis clysteres ex simplici jure carni. Qua ratione facilius sustentabuntur vires aut restituentur. 20 |S. 19| Et post usum remediorum ut habitus corporis redintegretur, poterit bibi lac caprinum aut vaccinum, cum chocolata, quod nos tamen iudicio et prudentiae Medici committimus. Conveniet paulum de nuce Muscata pulverisata cum 4. aut quinque granis salis, lacti injici, quo minus in stomacho coaguletur.

(22) Ptisana ordinaria: Rec[ipe] de ligno santali rubri, de cortice mali granati, ana 25 unc[iam] 1. radice tormentillae unc[ias] 2. intybi sylvestris, graminis canini (vulgo Gallischient, nostris Hunds-Kraut) ana unc[ias] 2. de granis Sumach emundatis unc[ias] 2. fol[iorum] agrimoniae manipulos 2. Coquantur omnia igne flammae vel aperto, in sex pintis vel mensuris aquae, quae ad medietatem reducenda est. In fine decoctionis cum olla ab igne removebitur, adde paulum cinnamomi in pulverem redacti, et tantundem glycyrrhizae in fila discerptae. Quod si in loco simus, ubi haec omnia invenire non liceat, suffecerit aqua, in qua ferrum candens extinctum, cui incoquatur gramen caninum et paulum cinnamomi. 30

7 exquisitorum ferre non possit L non *fehlt* D¹ D²

(23) Si dolores, qui dysenteriam comitantur, durante praeparatorum remediorum usu persistant urgeantque, enema injiciatur, cujus haec esse potest formula: Rec[ipe] bursae pastoris manipul[os] 2. gran[um] lini[,], unc[iam] sem[issem,] florum ros[ae] rubr[ae] et papaveris erratici (quod Gallis coquelicoc, nostris Klapper-Rosen) drachm[am] 1. ana, 5 farinae manipulus unus. Bulliant in decocto hordei ad consistentiam injectioni convenientem. Transcoletur liquor per linteum. In colaturam immitte vitellum ovi recentis, et uncias duas mellis violati.

(24) Si dolores essent admodum acres, decoctioni addi possent duo capita papav[eris] alb[i] sed cavendum est, ne pro doloribus intestinorum accipiamus eos, qui in ano ab 10 haemorrhoidibus oriuntur, quos sopire licebit oleo Juniperi, per retortam igne aperto lege artis propulso, spiritu prius per infundibulum separato. Si haemorrhoides sint externae, oleo eodem pennae ope tangantur, singulis quatuor horis, sin internae sint, madefiant eodem, cujus quantum quartam partem cochlearis impleat, ad instar enematis injici satis erit. Ita intra bihorium cessabit dolor et haemorrhoides flaccescent, ut alio remedio non sit 15 opus. Hoc remedium communicavit Dn. Gatelier, insignis Artista, quo Colbertus ob peritiam utebatur. |S. 20|

(25) Equidem cum multi sint, qui sibi persuadere non possunt, dari in medica arte remedia generalia et indubitata, credibile est, eos nec isti novo Medicamento majorem quam tot aliis fidem habituros, quae huc usque successu expectato caruere. Et sane nec ego 20 diffiteor satis difficulter intelligi, quomodo fieri possit, ut idem pharmacum aequali efficacia in aegros agat, eodem quidem morbo laborantes, sed temperamento ac vivendi ratione maxime distantes, praesertim cum tot sint ejusdem morbi species, causaeque tam diversae. Sed quemadmodum Corticis febrifugi, quem Chinam Chinae vocant, virtus jam in confesso est, ut pro remedio generali ab omnibus Medicis recipiatur, ita eo minus mirari 25 nos oportet, aliud dari Remedium specificum non minore universalitate ad omnes ventris fluxus sese extendens, quam qua cortex ille exoticus ad omnes febres intermittentes valet. Nostrum tamen Febrifugo illo praestat, quod nullum relinquit recidivae (quam vocant) metum.

(26) Sed quando ab experientia sola accurata veritatis tantae notitia haberi potest, hi, 30 quorum interest, rectissime facient, si sepositis praejudiciis, sententiam differant, donec effectibus ipsis constabit, quid credere oporteat. Si qui internum remediorum usum refugiunt, sciant etiam externa applicatione curam perfici posse, cujus usum mihi reservo, aegris desiderantibus non denegaturus. Monere etiam volui esse, qui remedium imitari

15 f. Artista (*J*) et cuius meritis Colbertus olim testimonium perhibuit cum eum chirurgum deligeret, et magni se facere ostendit (2) quo . . . utebatur *L*

velint, sed successu caruisse, quod dico, ne quis se decipi patiat. Uni enim Regiae Majestati arcanum aperui.

(27) Postremo omnibus significo, nullum me pretium solito majus ab iis postulare, qui initio morbi ita ad me recurrent, quemadmodum ii faciunt, apud quos Medici ordinarii munere fungor, cum feбри aut alia aegritudine laborant. Sed alii, qui, ut quotidie fit, ad me tum demum confugient, cum ad extrema redacti fuerint, hos aequum est laborum meorum rationem habere proportione status, in quo a me deprehenduntur.

(28) Pauperes quicumque mihi offerentur, his gratis medicinam faciam non tantum, si dysenteria, sed et si feбри, hydrope, epilepsia aliisque quibuscunque morbis laborent. |S. 21|

Approbatio Domini Daquini, Consiliiarii Regii et Comitis Archiatrorum.

EGo infra scriptus Consiliarius Regius et Comes Archiatrorum notum facio, vidisse me et examinasse methodum utendi remediis specificis contra diarrhoeam, fluxum sanguinis, et dysenteriam, nec quicquam notasse, quod non sit egregiae in publicum utilitatis. Daquin.

Excerpta ex Literis patentibus Regiis.

LUDovicus Dei gratia Rex Franciae et Navarrae. Nostris dilectis et fidelibus Consiliariis etc. etc. et aliis officialibus, ad quos pertinebit salutem etc. etc. Mandato nostro remedium hoc specificum (sine recidivae periculo, diarrhoeam, fluxum sanguinis et dysenteriam infallibiliter persanans) diversis experimentis examinatum comprobatumque est in Hospitali generali, et in Hospitio Dei (Hostel Dieu) urbis nostrae Parisiorum. Successitque indiscriminatim in omnibus omnino aegris tali genere morbi laborantibus, etiam maxime desperatis. Praeterea Consiliarius noster et Archiatrorum Comes, Daquinus, multa experimenta et sumsit ipse et per alios sumi curavit, quae omnia eundem prorsus successum habuere, quem ad NOS retulere, Legerius Doctor Facultatis Medicae Parisinae et Gatelerius Chirurgus, quibus perquisitio in hanc rem a nobis fuit commissa etc.

17 quos res *L D¹ D²*

11–14 Approbatio . . . Daquin: Übersetzt nach der in LH III 4, 4, Bl. 14^v überlieferten, von Leibniz korrigierten Abschrift der Erklärung A. d'Aquins vom 4. Oktober 1688. 15–26 Excerpta . . . etc.: Exzerpiert und übersetzt nach der in LH III 4, 4, Bl. 11^r–12^r überlieferten, von Leibniz korrigierten Abschrift der am 23. August 1688 ausgestellten »Lettres Pattentes du Roy«.

Animadversiones Grenerio, qui sibi primam medicamenti productionem vindicat.
Methodus haec non est naturalis, sed occultandi causa larvata.

Ad 5. 6. 7. 8. 9. Regulae operosae hic praescriptae sunt prorsus inutiles. |S. 22|

Idem est ad num[eros] 10. 11. sufficiunt bona alimenta debito regimine sumta.

5 Ad 12. pro Syrupo totque caeteris praescriptis, sufficit Remedium in pulverem redigi et cum aqua sumi.

Ad. 13. Falso praecipitur, ut vomitus evitetur. Est ille inter effectus remedii naturales, quibus curationem fieri oportet, purgando per inferiora et superiora. Aqua sumenda est frigida, non tepida.

10 Ad num[erum] 14. De dosi satis recte praecipitur, modo ea contentus sit Medicus, nec inutiles reiterationes praescribat. Omnes aegri sine discrimine curantur tertia sumtione. Sin minus, nec plures rem praestabunt.

Ad 15. Venaesectio prorsus omittenda est.

Ad 16. Pro Elixire Stomachico aliisque id genus praestat adhibere paulum panis tosti,
15 sumti cum vino Hispanico post pastum.

Ad 17. Sufficiunt bona alimenta debite sumta, quibus aeger est assuetus.

Ad 22. Sufficit ptisana vulgaris.

Ad 23. Res omnis etiam sine Clystere optime peragitur.

Ad 24. Pro Haemorrhoidibus habeo arcanum praestantissimum.

20 Ad 25. Quid attinet Chinam Chinae cum nostro remedio comparatam extraneam appellare? cum nostrum quoque extraneum sit et ex Peruvia afferatur.

1 Domino G. | Mercatore *gestr.* | L 1 vindicat (1) Absatz Ad (4) (2) 4. Methodus L
21 afferatur. Absatz Ad 26. Qvod neminem alium hoc remedium sincere dare posse insinuat, eo argumento
quia soli Regiae Majestati arcanum aperuerit, dissimulatio est. Cum ipsemet aliunde habuerit; imo nec
sciverit quid rei esset, qvemadmodum ex scriptis ejus et literis probari potest. (Haec dictus dn. G. aliaque
multo acriora quae publicare hoc loco necessarium visum non est. Neque enim nos liti interponimus) L

2–21 Methodus . . . afferatur: Leibniz' zusammenfassende Übersetzung der französischen Randbemerkungen zu »Methode de M. Helvetius«, die in der von Leibniz korrigierten Abschrift LH III 4, 4, Bl. 12^r–14^v überliefert sind; die Überschrift »Animadversiones . . . vindicat« ist von Leibniz. Eine französische Zusammenfassung der Randbemerkungen durch Leibniz ebd. Bl. 15^v. 21 *Erl. zum Textapparat*: (Haec . . . interponimus): Kommentar von Leibniz zur referierten letzten Randbemerkung.

MED7. ANZEIGE DER RELATIO IN ACTA ERUDITORUM

[Dezember 1695.]

Überlieferung:*D Acta eruditorum*, Dezember 1695, S. 559–560

Vgl. die einführenden Bemerkungen zu N. Med3 und N. Med6. – Wenngleich es von der Anzeige keine handschriftliche Überlieferung gibt, so geht Leibniz' Autorschaft doch eindeutig aus dem Briefwechsel mit dem Herausgeber der *Acta Eruditorum* O. Mencke im Dezember 1695 hervor. Aus Menckes Antwort auf einen nicht überlieferten Brief, er erwarte bezüglich des »Remedium Antidysentericum . . . noch nähere ordre, wie es damit gehalten werden solle« (unsere Ausgabe I,12 N. 121), läßt sich wohl folgern, daß im Spätherbst 1695 brieflich die Möglichkeit einer Mitteilung über die gerade erschienene »Relatio« (*D*¹ und *D*² unserer N. Med6) in den *Acta Eruditorum* erörtert wurde. Nachdem Leibniz vermutlich solche Angaben geschickt hatte, teilte Mencke am 27. Dezember 1695 mit: »Die relation von dem Antidysenterico ist, wie sie concipiret gewesen, dem Decembri Actorum einverleibet, und nur dabey gesetzt worden: conferantur quae in Actis pag. 12. 13. ex Pometi libro excerpta leguntur« (I,12 N. 142). Diese Bemerkung, die im Druck noch ausführlicher formuliert ist (s. unten, Fußnote 1), bezieht sich auf die im Januarheft 1695 der *Acta Eruditorum* erschienene Rezension von P. POMET, *Histoire générale des drogues*, 1694; in der vier-einhalbseitigen Besprechung war auf mehr als einer Druckseite über die in diesem Werk enthaltenen Informationen über die Ipecacuanha berichtet worden. Hierauf hatte Mencke Leibniz bereits im November hingewiesen (I,12 N. 121: »Indessen bitte zu lesen, was davon in unsern Actis [. . .] auß dem Pomet schon einverleibet worden«). Jedoch scheint Leibniz diesen Hinweis nicht aufgenommen zu haben; auf Menckes Mitteilung über den Zusatz zu seiner Überschrift in den *Acta Eruditorum* erwiderte er: »Wenn ich vor der addition de Pometo avisiret gewesen, hätte einige reflexionen dabey in recensione machen können« (I,12 N. 183). Als Selbstanzeige beschränkt die Schrift sich auf einen Abriß der Vorgeschichte, den Überblick über den Aufbau des Buches und knappe Angaben zu Art und Anwendung des behandelten Medikaments.

G. G. L. Relatio ad inclytam societatem Leopoldinam Naturae
Curiosorum de novo Antidysenterico Americano
magnis successibus comprobato.¹

Editor hujus relationis propriis meditationibus, quibus varias eruditionis partes promovere laborat, adjungit crebrum per literas commercium cum eruditis intra extraque Germaniam. Itaque cum intellexisset, ante annos aliquot novum remedium Antidysentericum in Gallia fuisse productum, nunciavit hoc celeberrimo nunc p[iae] m[emoriae] Viro Joh. Georgio

¹ In der Druckvorlage folgt auf comprobato. ein vom Hrsg. der Zeitschrift stammender und als Bestandteil der Überschrift gestalteter Zusatz: Conferantur, quae in Actis Eruditorum hujus anni mense Januario pag[inis] 12. et 13. ex Petri Pometi Historia generali Simplicium excerpta leguntur.

²⁷ Erl. zur Fußnote: Zu diesem Hinweis vgl. die Vorbemerkung zu unserem Stück. ³¹ nunciavit: Vgl. Leibniz' Brief vom 15. August 1691 an J. G. Volckamer in: *Miscellanea curiosa*, Decuria II, annus 9, Appendix, 1691, vor S. 17.

Volcamero, inclytæ Naturæ Curiosorum Societatis tunc Praesidi, ut in eam rem amplius inquireretur. Cum vero exinde nondum rem in Germania satis increbuisse didicisset, et ex ore Serenissimæ Ducis, ex Gallia reversæ, certissimam medicamenti potestatem multis modis confirmatam fuisse comperisset; dedit operam, ut de toto negotio edoceretur
 5 plenius, et quæ nactus est, bono publico extare voluit, quorum summa hæc est: D[omi]n[us] Grenier mercator, navigationibus crebris in longinquas oras dans operam, attulerat Parisios remedium compertæ contra dysenteriam, diarrhoeam, aliosque id genus ventris fluxus virtutis. Jussu Regis multa sumta sunt experimenta, felicia omnia, atque Rex in literis patentibus, ne unum quidem experimentum ex multis per Nosocomia sumtis,
 10 etiam in aegrotis maxime desperatis fefellisse. Orta fuit Grenerio lis cum Medico celeberrimo, qui ipsius consensu medicamentum apud Regem et alibi produxit, et quem inventum et lucrum sibi soli tribuisse accusavit; sed nos hæc præterimus, rem dedisse contenti. Compertum fuit tandem, esse radicem plantæ Americanæ a Pisone in *Hist[oriae] Nat[uralis] Brasil[ia]e* lib. 4. c. 53, et ib[idem] 5. c. 19. descriptæ, cui nomen Ipecacuanha, ipsumque Pisonem jam hanc ipsam virtutem cognovisse et ex merito celebrasse.
 15 Variæ sunt species, quæ colore distinguuntur. Bruna seu fusca magis efficax quam alba, et minus vehemens quam nigra, atque adeo optima ad usum, nuperis Gallia experimentis deprehensa est; ubi dari solet in substantia, redacta in pulverem. Dosis ordinaria est a drachma semis ad integram, in uno vel altero cochleari vini aut jusculi, vel jejuno stomacho, vel duabus horis post pastum. Operatur per sedes, sed tamen et per vomitum saepissime, atque ita simul et materiam noxiam ejicit, et viscerum tonum vi astrictoria peculiari restituit, et malignitati resistit.

Autor Relationis adjecit versionem Methodi utendi hoc remedio sed tecte dato, quam clarissimus apud Parisinos Medicus Adrianus Helvetius (Joh. Friderici apud Batavos celebris filius) publicavit, qui ante alios hujus medicamenti productione et usu inclaruit.
 25 Adjecit tamen Editor etiam nonnullas Grenerii in hanc methodum notas, tum excerpta ex literis patentibus Regis et approbatione Archiatri Regii aliorumque; inque illis omnibus secutus est, quæ sibi communicata fuere manuscripta, addiditque excerpta ex libro Pisonis,

3 Serenissimæ Ducis: Herzoginwitwe Benedicte, die 1693 nach vierzehnjährigem Frankreicaufenthalt nach Hannover zurückgekehrt war. 10 Medico: J.-A. Helvetius. 13 f. a Pisone . . . descriptæ: Die Angabe bezieht sich auf W. PISO, *De Indiae utriusque re naturali et medica libri quatuordecim*, 1658, S. 231 f., 310 f., den zweiten Druck des Sammelwerks *Historiae Naturalis Brasiliae*, 1648. 23 adjecit: die im zweiten Teil von N. Med6 in lateinischer Übersetzung wiedergegebenen Texte. 25 publicavit: J.-A. HELVETIUS, *Lettres patentes du Roy, portant pouvoir au Sieur Helvetius Docteur en Medecine, de débiter seul remedes contre le Cours de ventre, le Flux de sang et la Dysenterie, dans toute l'étendue du Royaume*, 1688. 27 Archiatri: A. d'Aquin. 28 manuscripta: Die in unseren Stücken N. Med3 bis Med6 verwendeten Manuskripte HANNOVER NLB LH III 4,4 Bl. 30–32 sowie 12–14.

cui prima laus debetur. Hanc autem relationem dedit Bibliopolae celeberrimi Medici Angli Martini Listeri libellum de morbis quibusdam specialibus nuper editum recudenti, ob similitudinem argumenti adjiciendam. Unum non praetereundum est, moneri merito, eos aegros excipiendos esse, quibus ventris fluxus symptomate ex morbo aliunde lethali obortus est, veluti si gangraena sit in intestinis aut hydrops phthisisve adsit corruptioque partium infimi ventris, ubi fluxus superveniens caloris extinctionem et propinquam mortem indicat. 5

1 Bibliopolae: G. Freytag. 2 libellum . . . recudenti: M. LISTER, *Sex exercitationes medicinales de . . . morbis chronicis*, 1694; die Neuausgabe trägt die Jahreszahl 1696, erschien aber bereits 1695; vgl. die Vorbemerkung zu N. Med6.

FEL067. DE DIARIIS, CALENDARIIS ET COLLATIONIBUS AD CASUS MEDICOS
PERTINENTIBUS

[Nicht nach Frühjahr 1698.]

Überlieferung:

5 *D* Aufzeichnung: FELLER, *Otium*, 1718, Nr. LXVII, S. 168.

Danda esset opera in republica, ut quorumlibet morborum, mortium, curationum
exacta diaria instituerentur, eorumque comparatione paulatim procuderentur observati-
ones; tum demum certiora haberi possent. Similiter calendaria annorum praeteri-
torum fabricari deberent, item collationes lineamentorum factae cum vita cujus-
10 que, qui singularia fata habuit.

FEL112. DE TRACTANDIS MIRACULIS

[Nicht nach Frühjahr 1698.]

Überlieferung:*D* Aufzeichnung: FELLER, *Otium*, 1718, Nr. CXII. S. 197.

Si quae miracula alicubi evenisse jactantur, magistratus statim inquit, testes examinat, rei, 5
quantum fieri potest, in clara luce ponendae causa. Quanto satius erit miracula naturae
eadem diligentia examinare, ut astricti sint omnes referre bono publico auxilia, quae a re
medica sensere circumstantiis omnibus exquisite additis, ut liceat in posterum aliis exem-
plo prodesse.

VIII. GEDICHTE

F06. [GLÜCKWUNSCHGEDICHT AN FRIEDRICH WILHELM FREIHERRN VON
SCHLITZ GEN. VON GOERTZ, ZUR ERFOLGREICHEN KUR IN BAD PYR-
MONT.]

Nach August 1695

Überlieferung:

- l* Reinschrift: LH V 4,3 Bl. 198, 21 x 17 cm, anderthalbseitig beschrieben, mit Korrekturen von Leibniz (*Lil*). (Unsere Druckvorlage.)
D PERTZ *Werke*, I 4, S. 364f.

5

Die Datierung ergibt sich aus den Titeln, mit denen der Adressat angeredet wird: Oberhofmarschall wurde Goertz Anfang Mai 1691 (vgl. I 6, N. 32), Direktor der Kriegskanzlei im Februar 1695 und Kammerpräsident Ende August 1695 (vgl. SCHNATH, Bd. 2, S. 321 und 325). Die Kriegsgefahr, von der der Text spricht, bestand seit Anfang der 90-er Jahre praktisch immer, und da ihrer so allgemein gedacht wird, läßt sich daraus für eine Datierung kein bündiger Schluß ziehen. Die Autorschaft wird durch die *Lil* gesichert. Der offenbar im Latein nicht versierte Abschreiber hatte wohl ein gelegentlich schwer lesbares Konzept als Vorlage; um das zu dokumentieren, nehmen wir die korrigierten Fehler im Apparat auf. Motiv für das Gedicht war vermutlich die fast allmächtige Stellung, die Goertz durch seine gehäuften Ämter unter den Hannoveraner Ministern einnahm. Leibniz stand mit ihm, wie die Briefe zeigen, seit den 1680er Jahren in Kontakt (zuerst bezeugt durch unsere Ausgabe I 5, N. 57, Goertz an Leibniz, 4./14. Mai 1688, Antwort auf einen nicht erhaltenen Brief an Goertz, München 14./24. April 1688). Man tauschte politische Neuigkeiten aus, denn Goertz war als Unterhändler Hannovers in diplomatischen Missionen viel unterwegs. Außerdem spielten Geldangelegenheiten eine wichtige Rolle, wobei Leibniz vom Wohlwollen des Kammerpräsidenten stark abhängig war. So spiegelt auch das Gedicht kaum ein persönlich-herzliches Verhältnis und geht nirgends über den in humanistisch-poetischen Genesungsglückwünschen traditionellen Motivbereich hinaus.

Ad acidulas Pymontanas, cum erarum ope reconvalesceret Fridericus Wilhelmus L. B. à
Goertz, summus electoralis aulae et aerarii Hannoverani praefectus
Nympha sacri custos fontis geniique salubres,
Qui Pymontanas aegris mortalibus undas
Funditis, et miro recreatis corpora potu,
Nunc latices reserare decet vimque addere rivis.
Publica res agitur. Patriae spes, commoda, splendor,

30

31 spes, (1) spes *korr.* aus opes *Lil*

- Gaudia, deliciae vestro a medicamine pendent.
 Languet Gorziades. Charo cum Praeside languent
 Et populi, et proceres, et cultae Palladis artes,
 Et Junonis opes, et belli robora fidis
 5 Credita consiliis. Quo justus tempore Mavors
 Luneburgiadas ad propugnanda vocabat
 Foedera, et a sociis removendos finibus hostes,
 Heu! quantum absenti nocuit caruisse ministro.
 Felix sollicitos Nais solare pavores.
 10 Diffugiant morbi, pallenti concolor auro
 Squallor, et infensi cesset tinctura metalli.
 Nempe indignatur, quod vulgus adorat idolum,
 Cui cuncta in terris divina humanaque parent,
 Se viresque suas sublimi a pectore sperni,
 15 Et pudet authorem scelerum pretiumque malorum
 Nonnisi laudandos converti a praeside in usus.
 Hinc irae venere. Hinc gleba ultura dolores
 Immerita auratum sparsit per membra venenum.
 Aura sed tandem melior color ora seneret:
 20 Tandem incorrupto qui nunquam e corde recessit,
 In faciem redeat candor. Praecordia flavam
 Expellant generosa luem. Reddatur amicis;
 Servetur patriae, sive asspera tristis Eneio
 Bella paret, seu Pax mites promittat olivas.
 25 Hoc opus est genio; sed jam vos publica fontes
 Vota secundastis. Sicut renovatur ad undas
 Ales sacra Jovi, medico hic de gurgite sospes
 Emergit. Vos imperio patriaeque tulistis,

6 ad (1) propugnandos vocabant (2) propugnanda *Lil* 10 auro (1) Spallor (2) Squallor *Lil*
 15 Et (1) pudat (2) pudet *Lil* 23 patriae (1) siva (2) sive *Lil*

11 Nempe . . . usus: Geht auf das sprichwörtlich gewordene Wort VERGILS von der *auri sacra fames, aen.* (3, 57) zurück. 17 *Hinc irae venere*: Umkehrung der Sprichwortform von JUVENAL, *Sat.* 1, 168. 23 *Eneio*: Enyo, Göttin der Schlacht .

Gorziadae quam fertis opem. Pro munere tali
Quas posthac vobis grates laudesve rependam?
Vos ego, quotquot habet mirandis fontibus orbis,
Gemmiferae Thetidi et Pactoli praeferam arenis;
Vos Musae gratique canent Heliconis olores,
Vestraque Lethaeas contemnet fama paludes.

5

1 fertis (1) fertur (2) fertis *Lil* 4 praeferam (1) arenas (2) arenis *Lil*

4 *Pactolus*: Goldsand führender Fluß in Lydien, z.B. bei OVID, *Metamorphoses*, VI, 10.

F05. [AN HERZOG AUGUST WILHELM VON BRAUNSCHWEIG-WOLFENBÜTTEL
ANLÄSSLICH DER VERMÄHLUNG MIT PRINZESSIN SOPHIE AMALIE VON
HOLSTEIN-GOTTORP]

zwischen Juli und Oktober 1695

5 **Überlieferung:**

L Reinschrift mit Korrekturen: LH V 5,2 Bl. 119 Einzelblatt 19,3 x 14,5 (13,5) cm, durch
Randbeschneidung Buchstabenverlust. (Unsere Druckvorlage.)

*D*¹ PERTZ *Werke*, I 4, S. 141, mit Varianten, angeblich aus *einer anderen Abschrift*. Diese
Angabe beruht wahrscheinlich auf Irrtum, da es sich um die in *L* überlieferten Vari-
10 anten handelt und eine andere Handschrift nicht zu ermitteln war.

*D*² BODEMANN, *Leibniz-Handschriften*, S. 163.

August Wilhelm, Erbprinz von Braunschweig-Wolfenbüttel, hatte seine erste Frau im Januar 1695 durch
Krankheit verloren. Zur neuen Verehelichung am 7./17. Juli d. J. war er mit seinem Vater Anton Ulrich
nach Gottorp gereist, jedoch bald zurückgekehrt, während die Heimführung der Braut erst für die Zeit nach
15 dem Martinstag geplant war. Über deren erstes Auftreten berichtet *L* der Kurfürstin Sophie aus Braun-
schweig am 21./31. Oktober 1695 (I 11, N. 93). In dem Brief spricht er davon, daß in diesem Zusam-
menhang für die Braut erstmals und überraschend der Titel einer *Erbprinzessin von Dänemark und Nor-
wegen* verwendet worden sei. Er habe dazu Informationen eingeholt, also war auch ihm der Sachverhalt
neu. Weil die letzten beiden Zeilen beider Fassungen auf dieses Faktum anspielen (*Norwegue* zum einen,
20 *heritiere* zum andern), spricht einige Wahrscheinlichkeit dafür, daß eben dieser erste Auftritt der Braut das
Gedicht ausgelöst haben wird. Die Form kommt am ehesten dem Entwurf eines Emblems nahe (*Devise*
entspricht der *pictura*, *Mot* der *inscriptio*, und die beiden Quatrains stehen für die *subscriptio*). Eine
Überschrift ist nicht überliefert, ob und in welcher Form der Text überreicht wurde, ist nicht bekannt.

Devise

25 L' étoile du Nord, et un vaisseau en pleine mer

Mot:

MONSTRAT ITER

Prince, Vous avés sçeu rencontrer le bon por[t]

Et fixer le destin de vos flottantes voiles:

30 Le Ciel vous presentoit plusieurs de ses étoiles,

Mais vous vous attachés à l'ÉTOILE DU NORD.

Sans avoir visité les septentrionaux,

Vous en avés chez Vous l'éclatante lumiere;

C'est aller dans le Nord par des chemins plus beaux:

35 D'avoir des heritiers avec son heritiere[.]

29 voiles (*I*) vous partageoit entre plusieurs étoile (2) Le *L* 32 septentrionaux, (*I*) Vous voyés en
(2) Vous *L* 33 lumiere (*I*) C'est em Norwegue aller par (2) C'est *L* 34 beaux: (*I*) Qu'avoir des
heritiers avecques l'heritiere. (2) D'avoir *L*

F08. [ENTWURF EINES EMBLEMS ODER EINER MEDAILLE ZUM RUHM SEINER
RECHENMASCHINE]

14./24. Oktober 1695

Überlieferung:

D PERTZ *Werke*, I 4, S. 307f.

5

Laut *D* trug die nicht aufgefundene Handschrift den Vermerk *Excogitata in curru inter Hanoveram et Peinam 14. Octobr. 1695*. Da es keinen vernünftigen Grund gibt, an dieser Angabe und der Texterstellung von *D* zu zweifeln, akzeptieren wir diese als Druckvorlage.

R[es:] Machina arithmetica cum verbis SUPRA HOMINEM.

(Nam hominem maximorum calculorum et promptitudine et securitate vincit.)

10

Miramur ratio est divina quod indita rebus:

Supra hominem humana est machina facta manu.

Aliter:

Quanta Deum fecisse putas hominem super? Ecce

Supra hominem humana est est machina facta manu.

15

⁹ R[es]: Res hier als der bildlich-konkrete, zugleich exemplarische Darstellungsgegenstand des Emblems.

F12. [LATEINISCHES EPIGRAMM AUF SAMUEL PUFENDORFS *DE REBUS GESTIS FRIDERICI WILHELMI MAGNI*]

Nicht vor Anfang 1696

Überlieferung:

- 5 *L*¹ LH V 4,3 Bl. 216, einseitig beschriebenes Blatt 16,5 x 13,5 cm; Abschr. L eigenh. mit Korrekturen; unsere Druckvorlage
*L*² LH V 4,3 Bl. 223, einseitig beschriebenes Blatt 20 x 16 cm, Abschr. L eigenh. mit Korrekturen, bis auf Varianten textidentisch mit *L*¹
D BODEMANN, *Leibniz-Handschriften*, S. 150–152

- 10 *L*¹ ist in der oberen linken Ecke gezeichnet *Autore O. V. E.* L verwendet diese Chiffre auch andernorts (vgl. Emile RAVIER: *Bibliographie des oeuvres de Leibniz*, Paris 1937, Nr. 102, 107 u. Fußnote, 108), sie dokumentiert und verdeckt seine Autorschaft gleichzeitig. Allerdings trägt *L*² in der Überschrift den Vermerk *autore H. M.*, was schon Bodemann vermutungsweise auf den Helmstedter Professor, auch Briefpartner *L*'s, Heinrich Meibom d. J. bezogen hat (vgl. Karl Heinz KAUSCH, *Heinrich Meibom d. J., geb. am 9. Juni 1638 in Lübeck, gest. am 26. März 1700 in Helmstedt. In: Studia Leibnitiana 20 (1988), H. 1, S. 101–114, Korrespondenten von G. W. Leibniz, 9*). Da mehrere Argumente gegen eine tatsächliche Autorschaft Meiboms sprechen, kann vermutet werden, daß auch diese Zuschreibung als Camouflage zu werten ist (vgl. H. ENTNER, *Leibniz und Pufendorf. Bemerkungen zu zwei Gedichten*, in: *Labora diligenter*, hrsg. von M. Fontius, H. Rudolph, G. Smith, Stuttgart 1999, S. 186–196) Als Anregung diente *L*. offenbar ein anonymes, mit gleicher Stoßrichtung, aber aus dem Blickwinkel eines Brandenburgers argumentierendes Epigramm, *Judicium de libro Puffendorffii qui continet res gestas Friderici Wilhelmi Elect. Brand.*, das in LH V 4, 3 Bl. 217r, von der Hand eines unbekanntenen Schreibers, überliefert ist. Dieser Text kam im September 1696 und dann im 18. Jh. mehrfach zum Druck. Handschriftliche Parallelüberlieferung bietet der Kodex 561 im Nachlaß Oelrichs der Staatsbibliothek Berlin, Preußischer Kulturbesitz, Haus 1, (Bl. 1r, 25 im Kontext einer ganzen gegen Pufendorf und Christian Thomasius gerichteten Sammlung; frdl. Hinweis von Detlef DÖRING, Leipzig.)

- L*'s Vorlage kann spätestens im Hochsommer 1696 und frühestens nach Erscheinen des zweiten Bandes von Pufendorfs *Fridericus Wilhelmus Magnus* gegen Ende 1695 entstanden sein. Wenn *L* in einem Brief vom Spätwinter 1695/96 zu erkennen gibt, daß er von *Satiren* gegen Pufendorfs Buch weiß (an J. J. J. Chuno, 23. Febr./4. März 1696, I 12, N. 294), könnte genau dieses Gedicht gemeint sein, und da er gleichzeitig ebenfalls kritische Beobachtungen über *endroits delicats* bei Pufendorf nach Berlin meldet, darf wohl bereits dieser Zeitraum für die Entstehung seines eigenen Epigramms in Anspruch genommen werden.

In Pufendorffii Historia Friderici Gvilielmi

- 35 Historiam Brenno scribit Pufedorffius aere

34 werden *Diese Überschrift hat L2, L1 bietet nur links oben den Vermerk Autore O. V. E.; in L2 ist dem Titel offenbar nachträglich hinzugefügt* Epigramma autore H. M.; *L* 35 Brenno Brenno properat *L*² 35 aere Et schedas latio qvaslibet ore refert *L*²

Et sine iudicio fanda tacenda refert
 Principis ex Tabulis, oblitus saepe Ministros
 Rumores Populi scribere posse leves[.]
 Quin etiam imprudens Domino nocitura revelat,
 Aut animo in pejus corripit ipse malo. 5
 Holmica mente virum mota ^(*) custodia sepsit,
 Relliqvias morbi denique Sprea vides.
 Sed sapuit moriens dum librum praela morantur,
 Praeveniensqve udae vincula Spandaviae. ^(*)Pufendorffius, ut fertur, aliqquando cum Hol-
 miae esset 10
 Regem adiit, secretoqve petito colloquio, in consiliarios
 aliosqve insignes viros multa audacter dixit: qvo
 commotus Rex, dubitansque satin sanus homo esset,
 custodiam ei dari iussit.

4 etiam domino imprudens L² 5 Aut Sive animo L² 5 pejus (I) corrigit (2) concipit L² (3)
 corripit L¹ 5 malo Jure coercuerat Sveci custodia Regis / Mente velut mota, (I) cui (2) qvem tua,
 Brenne (I) patent (2) levant L² 8 sapuit sapuit L² 9 Spandaviae. (I) Spandabiae L² (2) ^(*) . . . iussit.
 fehlt L² 13 dubitansque (I) an homo (2) satin L¹

9 Die Anekdote ist weder aktenkundig noch andernorts in der Überlieferung bezeugt. P. selbst hat sich allerdings brieflich wiederholt über schlechte Behandlung während der Stockholmer Jahre beklagt (vg. z. B. J. ARCKENHOLTZ: *Historische Merkwürdigkeiten, die Königin Christina von Schweden betreffend.*, dt. v. J. F. REIFSTEIN, Leipzig und Amsterdam 1751–60, Bd. 2, S. 176 Fußnote; Bd. 4, S. 85f. und J. Ch. NEMEITZ: *Vernünfftige Gedancken über allerhand Historische/ Critische und Moralische Materien.*, Frankfurt/M. 1739–45, Bd. 1, S. 70.) Das *ut fertur* deutet auf damals kolportierten Klatsch als Quelle hin. L hat noch 1709/10 in Briefen über Pufendorf abfällig mit Sätzen geurteilt, die Formulierungen der Gedichte zum Teil fast wörtlich wiederholen. Soweit bislang sichtbar, ist er jedoch auf die angebliche Stockholmer Haft nicht mehr zu sprechen gekommen (vgl. ENTNER: *Leibniz und Pufendorf*). Die Vorlage für L (LH V 4,3 Bl. 217r) lautet:

Judicium de libro Puffendorffii qui continet res gestas Friderici Wilhelmi Elect. Brand.
 Gesta Ministrorum secretaque Principis acta[.]
 Quaeque solent forulis clausa jacere sacris,
 Dum sine iudicio disseminat autor in omnes[.]
 Multa monenda tacet[.] multa tacenda monet.
 Saepe per invidiam nobis quoque foedere junctos
 Rodit et insontes livida charta premit.

Qui sapit historiam[.] non hos sibi quaerit in usus[.]
 Servat et arcanum rectius Aula suum. Qui . . . usus[.] hat in der LH-Fassung zusammen mit drei weiteren Zeugen den offensichtlich fehlerhaften Wortlaut: *Qui sapit Historicum*; wir korrigieren nach dem Druck *Monatliche Unterredungen einiger guten Freunde*, hrsg. von Wilhelm Ernst TENTZEL, Septemberheft 1696, S. 780 .

F09. [ENTWURF EINES EMBLEMS ZUM LOBE DER FLEISSIGEN BIENE]

14./24. Oktober 1695

Überlieferung:*D* PERTZ *Werke*, S. I 4, S. 308.

- ⁵ Nach *D* bietet die nicht aufgefundene Handschrift wie bei unserer N. F08 den Vermerk: *In curru inter Hanoveram et Peinam 14. Oct. 1695.*

Apis

Verbum: UTILE DULCI

Floribus ex variis mistum legit utile dulci,

- ¹⁰ Quae mel in Hyblaeis vallibus haurit apis.

⁹ *mistum . . . utile dulci*: Imitatio des vielzitierten v. 343 von HORAZ, *Epist.* 2, 3 (*Ars poetica*);
¹⁰ *Hyblaeis vallibus*: Hybla, antiker Name eines an Bienenweide besonders reichen Berges auf Sizilien, z. B. bei PLINIUS, *Historia naturalis*, 11, 32 .

F10. IN CREATIONEM HOMINIS ET INCARNATIONEM DEI

Dezember 1695

Überlieferung:*L* Konzept: LH V 4,3 Bl. 65, einseitig beschriebener Zettel 11 x 5 cm, mit Datierung.*D* PERTZ *Werke*, I 4, S. 308

5

Das Gedicht wurde von *L* datiert und könnte durch mit der heiligen Zeit um Weihnachten zusammenhängende Meditationen ausgelöst worden sein. Die imitatorische Auseinandersetzung mit antiken Vorbildern gerade bei solchen Gelegenheiten hatte im akademischen Bereich des Luthertums eine feste Tradition. (Über Leipziger Beispiele dazu aus dem 16. und 17. Jahrhundert vgl. Heinz ENTNER: *Paul Fleming*, Leipzig 1989, S. 88.) OVIDS Kosmogonie im ersten Buch der *Metamorphosen* bot sich dafür ebenso an wie VERGILS berühmte Prophezeiung von der Geburt des Knaben, der das eiserne Weltalter beenden wird, in seiner vierten *Ekloge*. Charakteristisch ist Leibniz' Anverwandlungsverfahren: Direkt übernommen wird als Anknüpfungspunkt nur der erste Halbvers von *Met.* I,78.

In creationem hominis et incarnationem DEI

Factus homo est: sed qvi dum mox obbruit, et bis

15

Deerat homo; Deus est deniqve factus homo[.]

Alludo ad illud Ovidii Metamorph.

Sanctius his animal mentisque capacius altae

Deerat adhuc et quod dominari in caetera posset[:]

Factus homo est.

20

15 et (1) jam (2) bis *L*

15 *Factus . . . est: Symbolum Nicaenum* (325) u.ö. 17 *Metamorph. Wegen des Pentameters hier nicht zu Metamorph[oseon] aufgelöst.* 18–20 *Sanctius . . . est: OVID, Metamorphoses, I,76–78.*

F11. [AN PAPST INNOZENZ XII.]

Zwischen Januar und Juni 1696.

Überlieferung:

- 5 *L*¹ Konzept: LH V 4,3 Bl. 66; ursprünglich mehrfach gefalteter Bogen 28 x 20,5 cm, beidseitig beschrieben.
- L*² Reinschrift mit Korrekturen: LH V 4,3 Bl. 67; ungefalteter Bogen 21 x 14,5 cm, beidseitig beschrieben. (Unsere Druckvorlage.)
- D*¹ GROTEFEND *Leibniz-Album*, 1846, S. 24 f.
- 10 *D*² PERTZ *Werke*, I 4, 1847, S.308.
- Weitere Drucke: KLOPP *Werke*, 6, S. 125–127.

Daß die Ernennung des Enrico Noris zum Kardinal bevorstehe, erfuhr Leibniz zumindest gerüchtsweise durch Gerhard Meier aus Bremen im Brief vom 26. Okt./5. Nov. 1695 (unsere Ausgabe I 12, N. 94). Sie wurde am 12./22. Dezember d. J. vollzogen, und die offizielle Nachricht davon langte um Ende des Monats in Hannover an (Leibniz an Thomas Smith, 20./30. Dez. 1695, I 12, N. 178). Noris galt für einen der
 15 gelehrtesten Männer seiner Zeit, also mußte Leibniz das Ereignis stark interessieren, obwohl er sich dazu mit leicht skeptischem Unterton äußerte (an Antonio Magliabechi, 17./27. Juni 1696, I 12, N. 423). Auffällig ist jedoch in diesem Brief die Bemerkung, er würde eine Gratulation nicht versäumt haben, wenn er mit Noris nur genug bekannt wäre. Da er das vorliegende Gedicht in diesem Zusammenhang nicht erwähnt, muß vermutet werden, daß er sich entschlossen hatte, den Text nicht zu verschicken. GROTE-
 20 FEND kannte für seinen Druck offenbar nur *L*¹; zunächst folgte Pertz möglicherweise Grotfends Textfassung – beide unterscheiden sich nur geringfügig in Orthographie und Zeichensetzung. Später stieß Pertz auf *L*² und fügte deren Varianten seiner Edition an.

Ad Innocentium XII.

- Magne Pater, qvem christiadum gens omnis honorat
 25 Immemor hoc uno schismatis illa sui,
 Quas Tibi agit grates immensum Musa per orbem,
 Accipe Hyperborea de regione datas.
 Teutonicas liceat Romanis jungere laudes[:]
 Suspectum minus est, quod minus artis habet.
 30 Fama aperit nobis, qvos dudum pectore clausos
 Jam sacri socios cardinis esse jubes.
 Nec Sangallensis tantum mactatur honore,
 Doctrinae princeps imperiique simul.
 Purpura Norisium tandem venerabilis ornat,
 35 Ornaturque ipso purpura Norisio.
 Tota sibi munus doctae Respublica gentis
 Imputat, et civis gaudet honore novo.

Nec credit periisse sibi, quos cedimus ultro;
 Est satis ex tanto posse favere loco.
 Et qvanqvam spoliat faciles Ecclesia Musas,
 Invidia vacuas novimus esse deas.
 Non tantum Urbanus vel Chisia tempora praebent 5
 Nupera Cardineos lumina clara patres,
 Clementes atque Innocui qvoqve talia curant,
 Nec Doctos solus Papa poeta fovet[.]
 Exemplum arcanas norat qui Riccius artes,
 Slusius et Mosae gloria magna dedit, 10
 Et celebres alii, quorum pars vescitur aura,
 Qveis neat o longas Parca benigna moras!
 Qvos inter recolo, qvem nos suspeximus ipsi,
 Parthenopeia[,] tuum est qui, Casanata, decus.
 Nunc Tu Norisium tantis, Pater, adjicis astris[,] 15
 Et facis, ut studiis pristinus adsit honos.
 Dat plausus hilares opposti terra Britanni,
 Famaque Riphaeis usque repulsa jugis.
 Et Tua[,] quae toto volitat jam gloria mundo,
 Hoc quoque ab augmento non leve pondus habet. 20
 Cum Tibi protectus Gonsales monstra refellit,
 Inverisimilis quale probabilitas,
 Italiaeque decus Malpighius additur aulae;
 Judicio applausit nostra corona Tuo.
 Parva loquor: Sed in parvis sapientia fulget[,] 25
 Perque gradus iter ad culmina summa datur.
 Magnum opus est primae delesse opprobria sedis[,]
 Cum Papas patruos amplius esse vetas.
 Nunc majora paras, lenem dum spargis olivam,
 Trans Alpes etiam dummodo munus eat. 30
 Perge Tibi veris obstringere laudibus aevum[,]
 Qvas etiam adversis exprimis historicis.
 Rupeque Tarpeja jam mitia fulmina mitte,
 Qvos rigor haud potuit vincere, tanget amor.
 Et patriam auroram nitentes reddere Christo[,] 35
 Caesareas aquilas irrevocate juva.

Sic prior Innocuus qvae non audita rogavit[,]
 Dent Superi regno vota venire Tuo,
 Ut prius auratae reseres qvam iubilata portae,
 Ferratas liceat claudere, Jane, fores.

- 5 Fas sit et Europam tranqvilla pace repostam
 Jungere palmiferas ad pia bella manus. e8 32. IN HUGENIUM
 April 1696.

Überlieferung:

- 10 *L*¹ Konzept: LH V 4,3 Bl. 68–69. 1 Bog. 8°. 1 S. auf Bl. 69^v. Mit zahlreichen Korrekturen, durchstrichen. Am oberen Rande eigh. Datierung: »auffm Wagen. 1696 Aprili«. Auf Bl. 68^r N. f13 und *L*³ unseres Stückes. Auf Bl. 69^r N. e8 32a.
- L*² Reinschrift: LBr. 437 Bl. 118. 8°. 1 S. Mit Nachtrag von zwei übersprungenen Zeilen. Am oberen Rand links eigh. Vermerk: »Hugens«.
- 15 *L*³ Verbesserte Reinschrift: LH V 4,3 Bl. 68–69. 1 Bog. 8°. 2/3 S. auf Bl. 68^r unterer Teil. Mit einigen Korrekturen. Auf Bl. 68^r oben unsere N. f13. Auf Bl. 69^r N. e8 32a. (Unsere Druckvorlage.)
- D* PERTZ, *Werke*, I 4, 1847, S. 311–312, vielleicht nach einer weiteren, verlorenen hs. Vorlage; danach: GERHARDT, *Philosophische Schriften* 3, 1887, S. 129.

- Chr. Huygens war am 8. Juni 1695 gestorben. Zu der in Leibniz' eigh. Datierung von *L*¹ erwähnten
 20 Wagenfahrt vom April 1696 vgl. die Stückerleitung zu N. f13 sowie N. e8 32a S. 00, Z. 00[VERWEIS
 EINBAUEN: »fait dernierement . . . compositions«]. Am 7. Mai teilte Leibniz das Epigramm H. van
 Bleiswyck mit (I, 14 N. 90), und wohl einige Wochen später sandte er es an H. Basnage de Beauval
 (GERHARDT, *Philosophische Schriften* 3, 1887, S. 128); diesem schickte er am 8./18. September eine neue
 25 Abschrift, »parceque j'ay changé quelques mots, par exemple au lieu de Tutus et in mediis navita
 fertur aquis j'ay mis certus et in etc. (a.a.O. S. 129). In den überlieferten Textzeugen ist allein die
 Wendung »certus« belegt, vgl. S. 00, Z. 00[VERWEIS EINBAUEN: »certus«]. Der Druck bei Pertz enthält
 ebenfalls eine Textwendung, für die die überlieferten Textzeugen keine Vorlage bieten; vgl. den Textap-
 parat zu S. 00, Z. 00[VERWEIS EINBAUEN: Vers 14 des Ganzen, »curva secula«]. – Leibniz übertrug
 30 68–69 noch darbot (*L*³), als auch auf das separate Blatt LBr. 437 Bl. 118^r (*L*²). Diese Textzeugen diffe-
 rieren in den Verszeilen S. 00, Z. 00[VERWEIS EINBAUEN: Vers 14 und 15 des Ganzen, omnia quod . . .
 prodiit aevi]. Der Textbestand von LBr. 437 Bl. 118^r könnte dahingehend gedeutet werden, daß Leibniz
 bei Verfertigung dieser Reinschrift anhand von LH V 4,3 Bl. 68–69 auf S. 00, Z. 00[VERWEIS EINBAU-
 35 EN: Vers 14 des Ganzen, »curva«] spontan geändert und im folgenden Vers eine in LH V 4,3 Bl. 68^r
 möglicherweise in mehreren Schritten vorgenommene Korrektur teilweise verworfen habe. Unsere Siglie-
 rung beruht auf der Vermutung, daß die Änderung von »jam longi« zu »longinqui« (Textapparat zu
 S. 00, Z. 00[VERWEIS EINBAUEN: Vers 15 des Ganzen, »machina«] in diesen Textzeugen erst nach
 Herstellung der Reinschrift LBr. 437 Bl. 118^r notiert wurde. Bei den Korrekturen in *L*¹ ist die Abfolge der
 40 Änderungen, die Leibniz zwischen der ersten Notiz eines Verses oder Versteils und der schließlich akzep-
 tierten Formulierung vornahm, nicht zweifelsfrei zu erkennen.

Quantumcumque decus dederit doctrina Batavis

Hactenus Hugenio non habuere parem

Sint patri et fratri, Gulielmi ingentia fata

Resque hominum curae: sidera noster habet.

Ejus ad adventum supremo cedit ab orbe,

Et Jove contentum se Galilaeus ait.

Mox sua Saturnus tradit Pater aurea regna,

Munereque Hugonii se videt esse novum;

Dum radiis prius ignotis micat annulus ingens,

Inque ministerium stella novella venit.

Se gratum auctori cupiens praestare vicissim,

Cuncta sub orbe suo tempora clausa, dedit.

Nam Chronon et Graji Saturnum nomine dicunt,

Omnia quod Praeses tempora falce metit.

Machina longinqui moderatrix prodiit aevi,

Quae jubet astrictos legibus ire deos:

Et nunc aligeras nova sub juga mittimus horas,

Certus et in mediis navita fertur aquis.

Sol quoque miratus spatia intercedere discit

5

10

15

1 decus (I) dederit L^1 (2) hibuit L^3 (3) dederit $L^2 L^3$ 6 f. ait // (I) Jam (2) Mox Chronos ipse pater tradit Saturnia Regna // (a) Omnia qui praeses tempora falce metit (b) pax <ubi> et est studiis <-> (aa) amica (bb) quies (c) Aurea <-> terris secula pulsa vigent // (3) Mox sua . . . aurea regna L^1 7 f. regna // (I) Muneraque Hugonii gaudens capit ipse vicissim (2) Munereque Hugonii (a) sibi jam novus ipse (aa) capessit (bb) videtur (b) se jam juvenescere (aa) esse (bb) sentit (c) se . . . novum // (aa) Munere (bb) <Ex sene> (aaa) quod poterit <tollere> nulla dies (bbb) nec munus deseret ulla dies *gestr.* | // L^1 8-10 novum // (I) Fulgente late <circa --> *Vers bricht ab* // Numerandi *Vers bricht ab* // (2) Qvem (3) Jam radios prius ignotos <dabit> annulus ingens // Inque (a) Satelitium (b) ministerium stella adamata novum // (4) Dum . . . ingens // Inque ministerium <- stella> (a) novum (b) venit // L^1 10 f. venit // (I) Hucine mortalis progressa potentia curae // (2) Se gratum (a) Hugenio (b) auctori L^1 14 quod curva tempora L^2 14 quod curva secula D 15 machina jam longi moderatrix $L^2 D$ 15 machina (I) jam longi (aa) melatrix (bb) moderatrix (2) (a) mox longi (b) longinqui moderatrix L^3 15 aevi | // <Qva pro sole et diis --> magis arte gubernat *erg. und gestr.* // | Qvae L^1 17 horas // (I) Qvalibet et medio possumus *Vers bricht ab* // (2) Fertur (3) Certus L^1 18 aquis // (I) Solque (2) pro <--> *Vers bricht ab* // (2) Miratus sol ipse pater *Vers bricht ab* // (3) Sol L^1

3 patri: Constantijn und sein gleichnamiger Sohn dienten nacheinander Wilhelm III. von Oranien, Erbstatthalter der Niederlande, als Sekretäre. 6 Jove: G. Galilei entdeckte die vier größten Monde des Jupiter. 8 Munereque: Huygens entdeckte 1655 den Ring des Saturn und den größten seiner Monde. 15 Machina: die von Huygens erfundene Pendeluhr.

A medio ad medium non satis aequa diem.
Cernite mortales quo vestra potentia surgat.
Possumus aetheriis jam dare jura Polis.

f13. IN BALLATUM.

April 1696.

Überlieferung:

L Konzept: LH V 4,3 Bl. 68–69. 1 Bog. 8°. 1/5 S. auf Bl. 68^r oben. Mit einer Korrektur. Auf dem unteren Teil von Bl. 68^r unsere N. e8 32. Auf Bl. 69^r *L*³ von N. e8 32, dessen 5
Schlußteil quer zum Text am inneren Rand notiert ist und mit drei Zeilen auf Bl. 68^v
übergreift. – Gedr.: PERTZ, *Werke*, I 4, 1847, S. 310.

Für die in Leibniz' Datierung erwähnte Wagenfahrt kommt die Zeit um den 8. April in Frage, in der er kurz zu G. W. Molanus nach Loccum fuhr, oder seine Reise nach Wolfenbüttel um den 24. April (vgl. I,12 N. 363 Erl.). 10

¹ Ballatum Hercynias clarum Sena mittit ad oras

Hercynia hunc Gallo mittit Iberque tibi.

In quascunque comes sequitur solertia terras

Et laus principibus perplacuisse viris.

Quem per tot populos evexit ad aethera virtus, 15

In tumba Hildesiae posse jacere nego[.]

¹ *Am oberen Rande von Leibniz' Hand: Auffm Wagen. 1696. Aprili*

13 sequitur (1) prudentia (2) solertia *L*

12 mittit: Ballati führte 1679 und 1684 Gesandtschaftsaufgaben in Frankreich aus, 1683 in Spanien.
16 tumba: L. Ballati war am 8. März 1696 in Hannover gestorben und wurde wohl im April in Hildesheim beigesetzt.

F211. DELINEATIO NUMISMATIS MEMORIALIS DE MENSURA CIRCULI

[Ende 1696 / Anfang 1697.]

Überlieferung:

- 5 *D* Konzept: LBr F 15 Bl. 22^r. Zettel. Auf Bl. 22^r neben unserem Stück vier Zahlenreihen zur Dyadik (davon drei gestr.). Auf Bl. 22^v »Des Argues« und verschiedene (zum Teil geometrische) Zeichnungen.

Es handelt sich offensichtlich um Entwürfe für eine Medaille zur Erinnerung an die Untersuchung *De vera proportione circuli ad quadratum circumscriptum in numeris rationalibus*, die Leibniz in den *Acta eruditorum* vom Februar 1682 veröffentlicht hatte. Den Anstoß mag die Konzeption der Medaille zur Dyadik für Herzog Rudolf August gegeben haben. Auf Bl. 22^r finden sich nämlich zwischen den Texten unseres Stückes vier Konzepte für die mittlere Tafel dieser Medaille mit den Zahlen von 0 bis 16 in der dyadischen Schreibung. Drei Ansätze hat Leibniz gestrichen, der vierte, nicht gestrichene entspricht der Form, wie sie die Medailientwürfe zeigen (vgl. die Abbildungen in unserer Ausgabe I,13, S. 123 f.). Da wir annehmen, daß unser Stück in demselben Zeitraum wie der Entwurf der Medaille zur Dyadik entstanden ist, datieren wir es auf Ende 1696 bis Anfang 1697.

MENSURA CIRCULI

EDITA. M.D.LXXX.II¹

IMMENSUM ANIMO COMPLECTIM(UR) ORBEM

mens capit immensum

- 20 [Skizze der Medaille: Umschrift] IMMENSI PRIVS ORBIS
[Skizze der Medaille: im Kreis] $\frac{1}{1} - \frac{1}{3} + \frac{1}{5} - \frac{1}{7} + \frac{1}{9} - \frac{1}{11} + \frac{1}{13} - \frac{1}{15} + \frac{1}{17} - \frac{1}{19}$ etc.

¹ Daneben ein Quadrat, etwa über der Mitte der oberen Seite eine I, beides gestr.

16 Anfang (1) MENSURA CIRCULI Absatz (a) IN(VS) (b) ⟨-⟩ (c) EDITA Absatz M. DC LXXXII L 16 CIRCULI | Absatz LEIBNITIANA gestr. L | 19 immensum | mens capit Absatz immens gestr. L | 20 IMMENSI (1) MENSURA (2) gegenläufig PRIVS L

17 EDITA: G. W. LEIBNIZ, *De vera proportione circuli ad quadratum circumscriptum in numeris rationalibus*, in *Acta eruditorum*, Februar 1682, S. 41–46. 21 $\frac{1}{1} \dots$ etc.: vgl. ebd. Tafel IV zu S. 42, die rechte Zeichnung im mittleren Register. 22 *Quadrat*: vgl. ebd. Tafel IV zu S. 42, die linke Zeichnung im mittleren Register.

IMMENSVS ORBIS
LEGIBVS PARET NOVIS

Orbis immensus est circulus nondum antea mensuratus[.]

Leges novae sunt quibus series infinita constat[.]

Subest tamen altior sensus de Legibus natura a me primum promulgatis[.]

5

4 sunt (1) ⟨seriei⟩ (2) quibus L 5 primum (1) ⟨st--⟩ (2) promulgatis L

5 sensus: Vielleicht in der ebd. Tafel IV zu S. 42, dem Quadrat in der linken Zeichnung des mittleren Registers eingeschriebenen Inschrift angedeutet: *Numero DEUS I impari gaudet.*

e220. DE PACE RYSWICI

[Nach dem 20. September 1697.]

Überlieferung:*L* Aufzeichnung: LH V 4,3 Bl. 71. 1 Streifen. 1 S. (Unsere Druckvorlage.)5 *D* Erstdruck: FELLER, *Otium*, 1718, Nr. CXLIII, S. 210.

Weitere Drucke: 1. FELLER, *Otium*, 2. Aufl. 1737, Nr. CXLIII, S. 210. 2. C. G. LUDOVICI, *Ausführlicher Entwurf einer vollständigen Historie der Leibnizischen Philosophie*, Bd. 1, 1737, S. 141. 3. J. H. ZEDLER, *Universal-Lexikon*, Bd. 16, 1737, Sp. 1529. 4. DUTENS, *Opera*, Bd. 6,1 Nr. CXLIII, S. 324 (nach FELLER). 5. PERTZ *Werke*, I 4, 1847, S. 315. 6. KLOPP, *Werke*, 6, 1872, S. 153.

Den Frieden von Rijswijk, auf den sich dieses Stück bezieht, schlossen die niederländische Republik, Großbritannien und Spanien am 20. September 1697 mit Frankreich.

De pace noctu facta Ryswici

qVaenaM paX faCta est? heV non est fILla LVCIs.

15 est beLLI faX: CVr? fILla noCtIs erat[.]

E221. EPIGRAMMA DE PACE GALLO BELGICA

[Nach dem 20. September 1697.]

Überlieferung:

l Abschrift: LH V 4,3 Bl. 72. 4°. 1 S. Ohne Korrekturen. – Gedr.: 1. PERTZ *Werke*, I 4, 1847, S. 316. 2. KLOPP, *Werke*, 6, 1872, S. 154.

5

Den Frieden von Rijswijk, auf den sich dieses Stück bezieht, schlossen die Niederländische Republik, Großbritannien und Spanien am 20. September 1697 mit Frankreich.

Epigramma de Pace Gallo Belgica
noctu circa horam primam facta.

Nox infidia nihil suadens moderabile, pacem	10
Hollandis subitam suasit et imposuit.	
Nox Batavis pacem peperit, nec prodiit unquam	
Tam nigrae matris filia tetra magis.	
Sub Gallicinium Batava expergiscitur auris.	
Atque avide pacis nuncia laeta bibit.	15
Quid gaudes? Gallo flendum est tibi Belga, canente	
Exemplo Petri, qui lacrymavit idem.	
Nox vitia occultat, surgunt de nocte latrones,	
Et moechi et fures, qui latitare volunt.	
Noctu etiam Batavus cum Gallo foedera pangit,	20
Quod facit in tenbris turpiter ille facit.	
Firmata cur pace sonum campana dat unum,	
Unus, qui pacem terminat, annus erit.	

f120. AENIGMA

[1697.]

Überlieferung:

- l Reinschrift: LH V 4,3 Bl. 199^r. 4^o. 1 S. Von Schreiberhand mit wenigen eigenh. Korrekturen (*Lil*). – Gedr.: PERTZ *Werke*, I 4, S. 368f.

Stückeinleitung [Die jeweils ersten Verse der 7 Distychen sind in der Handschrift weiter eingezogen].

AEnigMA

- Par Epitheta Poetico=PROPHETICUM MDXC
 ADvena: Domnifica Altivolans: casura Rapinis
 10 CAULAE AulAEque gravis: GRus: Palamedis Aves
 Ex novis quibusdam insignibus, VII distichis
 Symbolice Explicatum A. MDCXCVII.
 Arma virum indigitant, septemque synonyma signant
 Hunc, sibi qui vigilem symbola, fingit Avem:
 15 Stat dubius, scuto num grus sculpenda vel Anser
 iste quod ingenio congruat, illa Gulae:
 Tandem illam praefert quae corpore major et Ausis,
 Et quia Vulpinis subjacet iste dolis;
 Sed pejora gruem nam coelo fulminis Ales,
 20 Et terra casses, insidiaeque manent.
 En modo Reginae volucerum tremere ante tribunal,
 Spretaque, jam captam, sceptrā pavere ferunt;
 Cum repetat sua quisque, nova hoc AEsopica(e) Grus est
 Fabula: qua videt: discit: et Aula docet:
 25 Et se, quae toties didicit: doc(ea)ntque, fatetur
 Et didicisse minus, nec docuisse satis.

16 congruat | plus <quadret> *gestr.* | *Lil*
 AEsopic(-) (2) AEsopica(e) L

19 nam (I) <caulo> l (2) coelo *Lil*

23 hoc (I)

IX. NACHTRÄGE

b1 12. SUR LES PROJETS DE DONTI
[1675?]

Überlieferung:

L Konzept: LH II 5,2 Bl. 45. 1 S. mit fünf Korrekturen und einer Ergänzung. – Gedr.: G. W. LEIBNIZ: *l'estime des apparences. Textes établi, traduit, introduit et annoté par* 5
Marc Parmentier, Paris 1995, S. 439.

Stückleinleitung.

L'Abbé Donti vient du temps du Cardinal du Mazarin proposer une tres belle chose, sçavoir qu'il falloit eriger X bureaux, l'un pour des personnes de 1 à 10 ans, l'autre pour 10 à 20, etc; et que ceux de 1 à 10 ans auroi[en]t par exemple 7 ou 8 pour 100; les autres 10 10 ou 12, etc, montant tousjours; en somme selon l'aage; que ceux qui auront passé l'aage de leur bureau pourront s'il[s] voudront se transporter dans un plus haut, d'où ils tirent d'avantage de revenu; mais qu'après leur mort leur fond contribué seroit acquis au bureau, et que le dernier ou les derniers du bureau jouiroient de tout, ce qui estoit sur tout avantageux dans le bureaux des enfans et des aagez, dont beaucoup meurent bien tost; mais 15 après la mort de tous, que tout seroit acquis au Roy[.] Il avoit dessein donc de former comme cela un fonds de 20 millions, et par ce moyen de dégager le Roy de ses dettes, et le faire gagner encor le capital. On trouva la proposition belle; mais les ministres en empêcherent l'execution, considerant que par ce moyen une grande somme de 20 millions claire et nette tout à la fois viendroit dans les coffres du Roy et qu'eux seroient obligé d'en 20 rendre un compte exact, ne pouvant pas deguiser la chose par leur Brouilleries ordinaires.

Le dit Abbé Donti est à present à la Bastille; car comme il s'estoit chargé; de vouloir entretenir un <Commèrce> secret en Espagne; on trouva à la fin, qu'il communiquoit aussi aux Espagnols les secrets qu'il apprenoit de la cour de France; de sorte que Mons[ieur] de Louvoy le fit mener à la Bastille avec ces deux¹ fils, où il est encor. Mons[ieur] 25 Mi<ch>alet me l'a conté[.]

¹ *Über* deux: 9

9 eriger (1) trois b (2) X L 14 ou . . . derniers *erg.* L 15 dont (1) la plus part (2) beaucoup L

25 Louvoy: Wohl François-Michel Le Tellier; Marquis de.

FEL106. DE OBSERVATIONE RELIGIOSORUM

[1672 – 1676 (?)]

Überlieferung:*D* Aufzeichnung: FELLER, *Otium*, 1718, Nr. CVI, S. 193.

5 Weitere Drucke: 1. FELLER, *Otium*, 1738, Nr. CVI, S. 193. 2. DUTENS, *Opera*, Bd. 6,1, 1768, S. 316 (nach FELLER).

Da der in unserem Stück formulierte Vorschlag einer obrigkeitlichen Aufsicht über den Eintritt in geistliche Orden an einen König gerichtet ist, und also nicht auf das Reich abzielt, und da dieser Vorschlag in den protestantischen Fürstentümern Leibniz' späteren Wirkens nicht von Belang gewesen wäre, dürfte ihn
10 Leibniz während seiner Pariser Jahre notiert haben.

Regi alicui ferendum non est, ut quisquam subditorum fiat religiosus, invito ipso, transit enim in aliam jurisdictionem. Revocantur edictis in alias terras transgressi, transgressi in alia jura irrevocabiles habentur. Constituendum ergo Collegium, Consilium, Consistorium est, instar ejus quod passim causis matrimonialibus praestitui solet,
15 ubi compareant, examinentur, admittantur vel rejiciantur, quicunque constituere vitam religiosam sectari, rationibus expositis, cur hoc consilium ceperint. Erit haec pars censoriae morum.

D208. ANNOTATA DE CONRINGII ET DIONYSII WERLENSIS CONTROVERSIA
 [Mitte Dezember 1676 bis vor dem 23. Juli 1677.]

Überlieferung:

L Aufzeichnung: LH I,3, 7l. Bl. 11–12. 2°. 4 S.

Das 1675 in Hannover gedruckte Büchlein *Novena s. Antonii de Padua. Das ist: Kurtzer Bericht von der* 5
Andacht mit welcher viel Christglaubige zu der Ehr des H. Antonii neun Dinstag Beichten Communiciren
S. Antonii Altar besuchen Vnd eine Meß hören, das die in seinem Titel beschriebene Frömmigkeitsübung
 propagierte, hatte eine kleine konfessionelle Kontroverse hervorgerufen. In demselben Jahr kritisierte
 Hermann Conring in seiner *Animadversio in libellum Germanica lingua tituloque hoc latino praefixo:*
Novena s. Antonii de Padua die Publikation in scharfer Weise. Ihm antwortete im folgenden Jahr der 10
 Kapuziner Dionysius von Werl (Werlensis) mit dem *Philanthon sive animadversio in animadversionem,*
quam Hermannus Conringius in Novenam S. Antonii de Padua, an. 1675 Hannoverae editam infelicissime
attentavit. Leibniz hat in unserem Stück beide Streitschriften teils exzerpiert, teils paraphrasiert und an
 einzelnen Stellen kommentiert. Mehrere seiner Kommentare hat Leibniz in eckige Klammern einge-
 schlossen, die wir durch doppelte runde Klammern wiedergeben. Einen ersten Ansatzpunkt zur Datierung 15
 bietet das Erscheinungsjahr 1676 des *Philanthon*. Die Entstehungszeit unseres Stückes läßt sich jedoch
 noch weiter eingrenzen. Leibniz ist mit der Kontroverse wohl kaum konfrontiert worden, bevor er Mitte
 Dezember 1676 seinen Dienst am Hofe des Herzogs Johann Friedrich antrat. Nicht viel später, jedenfalls
 noch in der ersten Hälfte, wahrscheinlich vor dem Mai des Jahres 1677, muß N. D208 entstanden sein. Das
 folgt aus der Datierung der ausgearbeiteten Stellungnahme zu dieser Kontroverse (N. D209), die unser 20
 Stück voraussetzt (vgl. dort die Stückeinleitung). Somit läßt sich die Entstehungszeit zwischen Mitte
 Dezember 1676 und vor dem 23. Juli 1677 eingrenzen.

Conringii¹ animadversio in librum: hoc titulo Hanoverae [. . .] editum: [. . .] Novena
S[ancti] Antonii de Padua, [. . .] ad [. . .] Episcopum Maroccanum. [. . .] Helmestad[. . .]
1675[.] 25

Argumentum Libri geminum: Revelationes duae una facta mulieri cuidam Bononiensi
de Novena Antonii altera Revelatio Brigittae Sueciae[.] Novenae Antonii Revelatio non
est coelestis, quia de cultu religioso nihil novi a DEo revelatur, allegat in eam rem testi-
monia ex Ecclesia Romana pag. 5. 6. Dubitari jure potest an facta sit haec revelatio, quia

¹ *Am linken oberen Rande: vide separatam quandam Epicrisam meam* 30

23 f. *in (1) Noven(am) (2) Novena S. Antonii (3) librum . . . Antonii L 24 Padua, (1) Hanoverae*
editum: (2) ad L 26 f. geminum: (1) Novena Antonii <-> Revelatio(ne) (2) Revelationes . . .
Revelatio L

23 *Conringii: H. CONRING, Animadversio in libellum Germanica lingua tituloque hoc latino prae-*
fixo: Novena s. Antonii de Padua, 1675. 26–29 Argumentum . . . 6.: vgl. H. CONRING, Animadversio,
1675, S. 4–6. 29–S. 538.3 Dubitari . . . mentita: vgl. H. CONRING, Animadversio, 1675, S. 6 f.

nititur sola assertione mulieris cuiusdam Bononiensis sibi Antonium apparuisse dicentis. Ubi constare an illa foemina non fuerit delusa *in somnio* vel *praestigii* diabolicis; deinde an non sit mentita.

Ex decreto Urbani octavi nulla revelationes, miracula aut beneficia eorum qui pro sanctis habentur *intercessione* [. . .] *accepta* publicari debent sine examine *ordinarii*. Non vero constat ordinarium hanc mulierem examinasse. Quod si *approbatio* [. . .] *Ordinarii* non comparet, alii *Ordinarii* vigore hujus bullae Urbani tenentur talia pro suspectis habere, et impedire publicationem, sub *gravi poena Ecclesiastica*.

Quam suspecta esse debeant miracula in Ecclesia circa novum aliquem cultum introducendum locus Cajetani. Exempla ex Ribadeneira et Delrio Locus Maldonati *ad Lucae* [XVI], 28. qui cum se opposuisset *Tertulliano, Athanasio, Chrysostomo, Theophylacto*[,] *Isidoro* [. . .] *animas mortuorum viventibus apparere* negantibus, fatetur *tamen*, plerumque *Daemones esse* [. . .] *qui se animas mentiuntur*. pag. 14[.]

Daemonem autorem esse hujus revelationis ex eo concludit Conringius quod certam promissit consecutionem desideratorum, se modo praescripto colentibus. Id autem convenire cum verbis diaboli, *haec omnia tibi dabo si adoraveris me*.

Videri admodum absonum, ut aliquis Sanctus Cultum sibi ipsi ambiat et postulet: et contrarium praxi angelorum qui cultum declinant. pag. 16. 22 Unum est exemplum S[anti] Michaëlis *templum sibi* [. . .] *construi* petentis sed hoc *Baronius* ipse *accusat falsitatis*. pag. 23. 24[.]

Tantos esse abusus, ut synodus Tridentina rem leviter tantum tangere ausa sit, et Episcopis commiserit, *Episcopi* [. . .] *aggredi* non sint ausi, quidam nec voluerunt ex *avaritia*, ut [. . .] *donariorum* fierent *participes*. pag. 26[.]

1 sibi (1) <aliquid> a DEo revela (2) Antonium L 2 constare (1) potest (2) debet L
10 f. XV L (nach CONRING) ändert Hrg. 16 me. Absatz (1) Locus Reve (2) Videri L
22 commiserit, (1) contra (2) Episcopi L

4–8 Ex . . . *Ecclesiastica*: vgl. H. CONRING, *Animadversio*, 1675, S. 7 f. 4 decreto: Bulle *Coelestis Hierusalem cives* vom 5. Juli 1634. 5 *ordinarii*: Der zuständige Ortsbischof. 9–13 Quam . . . *mentiuntur*: vgl. H. CONRING, *Animadversio*, 1675, S. 8–14. 10 Cajetani: vgl. TH. DE VIO (Cajetan), *De conceptione beatae Mariae virginis* in *Opuscula omnia*, 1587, Bd. 2, tractatus 1, S. 137–142, hier c. 1, S. 138a, Z. 19–52. 10 Ribadeneira: vgl. P. DE RIBADENEIRA, *Vita Ignatii Loyolae*, 1572 [u.ö.], lib. 5. 10 Delrio: vgl. M. DEL RIO, *Disquisitionum magicarum libri sex*, 1624, lib. 2, qu. 25, S. 218. 221. 10 Maldonati: vgl. J. MALDONADO *Commentarii in quattuor evangelistas . . . in duos tomos divisi*, Bd. 2, 1597, Sp. 339D–340B (zu Luk 16,27 f.). 14–16 Daemonem . . . *me*: vgl. H. CONRING, *Animadversio*, 1675, S. 15 f. 16 *haec . . . me*: vgl. Matth 4,9. 17–19 Videri . . . *falsitatis*: vgl. H. CONRING, *Animadversio*, 1675, S. 15–24. 19 *Baronius*: 21–23 Tantos . . . *participes*: vgl. H. CONRING, *Animadversio*, 1675, S. 25 f. 22 commiserit: vgl. *Concilium Tridentinum*, Sessio XXV, *De invocatione, veneratione et reliquiis sanctorum, et de sacris imaginibus*.

Tribus prioribus seculis *sanctorum* intercessio non fuit petita. p. 28[.]

Inde a tempore *Gustavi primi* qui Romanae Ecclesiae nuntium misit, florere *res Suecicae*, antea *duro* jugo pressae. pag. 30[.]

Revelatio Brigittae cum Novena Antonii edita non extat in Corpore Revelationum Brigittae, ubi adjicitur alias revelationes suspectas habendas pag. 32[.]

Xaverius [. . .] *Sacram* [. . .] *Christi historiam* apud Indos *fabellis* conspurcavit p. 33.

In hac Brigittae revelatione numerantur *vulnera quinque mille*, cum hactenus de *quinque* tantum sit auditum p. 35.

Autor hujus revelationis Brigittae malus fuit arithmeticus ait enim guttas effusas *fuisse tricies* centenarum millium numero: et jubet quinquaginta diebus per singulis dies septies dici Salutationem Angelicam, quod facit tantum 350 et ipse tamen dixit debere *preceum* numerum eundem esse, qui *guttarum* p. 35[.]

Tempore schismatis nullus [. . .] *Papa* fuit *certus* fatente Cajetano[.]

Opinio jesuitarum de infallibilitate papae rebus facti consentanea est Romanae Ecclesiae hypothesis. p. 37.

Ipsa Brigitta in [. . .] *revelationibus lib. 1. cap. 41* [. . .] *de Pontificibus* sui temporis: *tu es similis Lucifero, injustior Pilato, immitior Juda, abomanibilior judaeis*[.]

Locus Gersonis in *lib[ro] de concilio generali unius oboedientiae* ait: *redditam Ecclesiam totam brutalem et carnalem et nihil fere sapientem de his quae Dei sunt erga salutem animae*. Erat hoc tempore Bonifacii IX. cui *Platina* acceptas refert annatas |11v| et de quo Cranzius lib. [XI]. c. 10 avaritiam Bonifacii in vendendis indulgentiis fecisse ut

6 p. 33. *Absatz* (1) In libro Brigittae numerata (2) In hac revelatio numerata (3) In *L* 13 *Papa* (1) est (cert)us (2) fuit *L* 21 IX *L ändert Hrsg.* 21 ut (1) multi (2) nonnulli *L*

4 Corpore: Conring zitiert eine 1521 in Nürnberg gedruckte Ausgabe. 6 *Xaverius* . . . conspurcavit: vgl. H. CONRING, *Animadversio*, 1675, S. 34 (fälschlich paginiert als S. 33). 6 *historiam*: Gemeint ist wohl J. XAVIER, *Historia Christi persice conscripta, simulque multis modis contaminata, . . . Latine reddita et animadversionibus notata a Ludovico de Dieu*, 1639. Der Bezug auf die Inder legt nahe, daß der Autor, Jerónimo Xavier S.J., mit dem Indien- und Japanmissionar Francisco Xavier S.J. verwechselt wurde, ein Mißverständnis, das Leibniz später bei Wilhem Ernst Tentzel korrigieren mußte (vgl. unsere Ausgabe I,14 S. 685, Z. 18–20 und I,15 S. 271, Z. 11–14). 10 numero: [CONRING: »trices centena et octo millia, quadringenta et triginta sex«] 13 *Tempore* . . . Cajetano: vgl. H. CONRING, *Animadversio*, 1675, S. 36 f. 13 Cajetano: vgl. TH. DE VIO (Cajetan), *De conceptione beatae Mariae virginis in Opuscula omnia*, 1587, Bd. 2, tractatus 1, S. 137–142, hier c. 5, S. 140b, Z. 60–63. 16 f. *Ipsa* . . . *judaeis*: vgl. H. CONRING, *Animadversio*, 1675, S. 37 f. 18–S. 540.4 Locus . . . XXIII.: vgl. H. CONRING, *Animadversio*, 1675, S. 39–41. 18–20 *Ecclesiam* . . . *salutem*: J. GERSON, *De concilio generali unius obedientiae*, in *Ioannis Gersonii doctoris et cancellarii Parisiensis opera multo quam antehac auctiora et castigatiora inque partes quatuor distributa*, 1606, pars 1, Sp. 221–229, hier Sp. 224C. 20 *Platina*: B. PLATINA, *Opus de vitis ac gestis Romanorum pontificum ad Sixtum VIII. pontificem maximum deductum*, 1645, S. 619. 21 Cranzius: vgl. A. KRANTZ, *Rerum Germanicarum historici clarissimi ecclesiastica historia, sive Metropolis*, 1576, lib. 11, c. 10, S. 298–299.

nonnulli *ad neutralitatem* inclinarent, alii Avenionensibus faverent. Adde lib. X. c. 45. lib. X. c. 48 adde *Theodoricus de Niem* de schismate, et *Curialis lib. 2 de schismate. et in vita Ioh[annis] XXIII.*, qui narrat [. . .] *Balthasarem* Costam *Simoniae ministrum* Bonifacio postea factum Papam *nomine Johannis XXIII.*

5 Talium ergo hominum testimonio *de* [. . .] *Brigittae* sanctitate *tuto credi non potest.* Cajetanus *de concept[ione] B[eatae] . . . Virginis* c. [5]. dubitat de revelationibus Brigittae, et canonisatam fuisse tempore schismatis.

Liber hic Novenae meretur anathema, quia *allicit* [. . .] *homines ad cultum Deo invisum proposito* praemio spirituali, *gratia* scilicet majore consequenda quae fiunt apud
10 Antonii imaginem, item formulae *precum* novenae *vix* possunt *ab idolatria excusari.* *Quamquam* [. . .] *sperem* ab *indulgentia domini non pari cum gentibus idololatriis poena* affectum *iri*, tum quia DEUM Iatria colunt, tum quia in ignorantia constituti a DEO peccatorum veniam rogant. *Rem* inquit *judicio divino misericordia temperato* committe.

Salvianus Presbyter Massiliensis sanctissimus seculo [. . .] V. in *lib. V. operis* [. . .] *de*
15 *Gubernatione DEI* [. . .] *Gothos* excusat, quod Scripturas haberent corruptas non ut Catholicis puras; et quod ii qui non haberent corruptas Scripturas haberent corruptas traditiones. *Barbari* [. . .] *homines . . . eruditionis expertes, nihil omnino sciunt, nisi quod a doctoribus suis audiunt . . . ac sic necesse est eos qui totius literaturae ac Scientiae ignari Sacramentum divinae legis doctrina magis quam lectione agnoscunt, doctrinam potius*
20 *retinere quam legem. Itaque eis traditio magistrorum suorum et doctrina inveterata quasi lex est, quia hoc sciunt, tantummodo quod docentur.* Subjungit: *haeretici ergo sunt, sed non scientes, denique apud nos sunt haeretici apud se non sunt. Nam in tantum se catholicos esse judicant, ut nos ipsos etiam titulo haereticae appellationis infament[.] Quod Ergo illi nobis sunt, hoc nos illis.* Et postea: *Errant ergo sed bono animo errant, non odio*
25 *sed affectu Dei[.] honorare se dominum atque amare credentes; quamvis non habeant rectam fidem, illi tamen hoc perfectam Dei aestimant caritatem. Qualiter pro hoc ipso*

6 c. 1 L (nach CONRING) ändert Hrsg.

1 f. c. 45.: vgl. ebd., lib. 10, c. 45, S. 290. 2 c. 48.: vgl. ebd., lib. 10, c. 48, S. 291. Einschlägiger ist allerdings ebd., c. 47, S. 290–291. 2 *schismate*: DIETRICH VON NIEHEIM (Theodoricus a Niem), *Historiae Theodorici de Niem . . . qua res . . . cum in Imperio aliisque regnis sub Carolo III. et subsequentibus duobus imperatoribus tum in ecclesia durante perniciosissimo schismate . . . gestae uberrime exponuntur libri III*, 1566, lib. 2, c. 1–12. 32, S. 57–66. 89. 5 Talium . . . *potest*: vgl. H. CONRING, *Animadversio*, 1675, S. 41. 6 Cajetanus: s. oben S. 539, Z. 13. 8–13 Liber . . . *committe*: vgl. H. CONRING, *Animadversio*, 1675, S. 42 f. 14–S. 541.4 *Salvianus* . . . *sentio*: vgl. H. CONRING, *Animadversio*, 1675, S. 44–46. 17–21 *Barbari* . . . *docentur*: SALVIANUS VON MARSEILLE, *De gubernatione dei libri VIII*, V, 8. 21–24 *haeretici* . . . *illis*: Ebd., V, 9. 24–S. 541.3 *Errant* . . . *nesciunt*: Ebd., V, 10 f.

falsae opinionis errore in die iudicii puniendi sint nullus scire potest nisi iudex. Interim (sa)iccirco iis, ut reor patientiam deus commodat, quia videt eos, etsi non recte credere, affectu tamen piaie opinionis errare, maxime cum sciat eos ea facere quae nesciunt. De vulgo [. . .] vestro ait Conring[ius] idem sentio[.]

Cultus Romanus non necessarius, frustraneus[.] deo invisus. p. 47[.]

5

Canon Laodicenus seculo IV relatus in codicem canonum: contra eos qui relicta Ecclesia Dei (quae scilicet tunc solum [. . .] Deum adorabat) [. . .] Angelos nominant et occultae idololatriae serviunt, his anathema dicitur.

Origo festi omnium [animarum] ex Sigeberto Gemblacensi qui scribit *ad annum 998* quendam religiosum *Hierosolymis* venientem in *Sicilia* didicisse *quod ibi essent in [. . .]* 10 *vicinia loca eructantia flammaram incendia, quae loca vocantur ab incolis flammae Vulcani, [. . .] ibi audire voces daemonum et animarum. Hoc audito Abbas Odillo [. . .] Cluniacensis [. . .] constituit per [. . .] monasteria sibi subjecta post festum sanctorum, sequi commemorationem animarum. | 12r |*

Augustinus lib. 16 confessionum cap. 42: Quem invenirem qui me reconciliaret tibi? 15 An eundem mihi fuit ad angelos? Qua prece quibus sacramentis? Multi conantes ad te redire neque per se ipsos valentes sicut audio tentaverunt haec, et inciderunt in desiderium curiosarum visionum, digni habiti sunt illusionibus[.] Diabolus enim erat transfigurans se in angelum lucis[.]

Philanton [. . .] animadversio in animadversionem Conringii a F[ratre] Dionysio Werlensi 20 Capucino

Augustinus [. . .] ad Maximum Grammaticum: [. . .] Scias a christianis Catholicis nullum coli mortuorum: nihil denique ut numen adorari, quod sit factum et conditum[.]

5 p. 47 Absatz (1) Origo (2) Canon L 9 [animarum] Sanctorum L, ändert Hrsg.

6–8 *Canon* . . . dicitur: vgl. H. CONRING, *Animadversio*, 1675, S. 47. 7 f. *Angelos* . . . dicitur: vgl. *Βιβλος κανονων της καθολικης εκκλησιας* . . . *Codex canonum ecclesiae universae* . . . *ex recensione Christophori Iustelli editus nova cura Gebhardi Theodori Meiers*, 1663, canon 139, S. 113. 9–14 Origo . . . *animarum*: vgl. H. CONRING, *Animadversio*, 1675, S. 50 f. 10–14 *quendam* . . . *animarum*: vgl. SIGEBERT VON GEMBLOUX, *Chronographia* in J. Pistorius, [Hrsg] *Illustrium veterum scriptorum* . . . *Tomus unus*, 1583, S. 477–615, hier S. 590. 15–19 *Augustinus* . . . *lucis*: vgl. H. CONRING, *Animadversio*, 1675, S. 52. 15–19 *Quem* . . . *lucis*: AUGUSTINUS, *Confessiones*, X, 42, 67, in Ders., *Opera quae reperiri potuerunt omnia tomis decem comprehensa. Per theologos Lovanienses* . . . , 1616, Bd. 1, S. 26–90, hier S. 71G–H. Die falsche Angabe des Buches ist aus der exzerpierten Vorlage übernommen. 20 *Philanton*: DIONYSIUS VON WERL, *Philanthon sive animadversio in animadversionem quam D. Hermannus Conringius* . . . *in Novenam S. Antonii attentavit*, 1676. 22 f. *Augustinus* . . . *conditum*: DIONYSIUS VON WERL, *Philanthon*, 1676, Bl. 1^v. 22 f. *Scias* . . . *conditum*: AUGUSTINUS, *Epistola XLIV*, in Ders., *Opera quae reperiri potuerunt omnia tomis decem comprehensa. Per theologos Lovanienses* . . . , 1616, Bd. 2, S. 53, hier S. 53H. Nach heutiger Zählung *Epistola XVII*, 5.

*Ecclesia*² [. . .] *quae aliam quamcunque in libris* [. . .] *symbolicis calumniatur non est a Deo veritatis*[.]

Anonymum et minimum libellum libere vagari permissum, et per sese inter manus puerorum et foeminarum evanescentem. p. 6.

5 *Dato quod libellus iste aliquid non sanum habeat quid inde? Nihil est Episcopi nihil* [. . .] *Ecclesiae Romanae.* p. 11.

Conringius deberet operam dare ut suis potius medeatur, eosque conciliet cum Wittebergensibus. *Lutherus vobis* [. . .] *est* [. . .] *Apostolus, Evangelista,* [. . .] *propheta,* [. . .] *si tamen* [. . .] *Ecclesiae Lutheranae omni*(a) *tribuerem* [. . .] *quae* [. . .] *ille scripsit* [. . .] 10 *diceres me calumniari vide Gerh[ardum] Titium in vindicatione confess[ionis] August[anae] p. 37. Helmstad*[ii . . .] *1656*[.]

Confessio Augustana artic[ulo] ult[imo] de abusibus, [. . .] *docet: utramque in terris potestatem et Ecclesiasticam et gladii religiose venerandam. Contra Conringius Solum Deum fas esse religiose adorare et colere.* pag. 14[.]

15 *Confessionis Augustanae Apologia tit[uli] de Missa* [. . .] *init[ium] et tit[uli] de Votis monasticis § primum hoc. Contra Conring[ius] eum vocat stolido fastu inflatum.*

Mulierculae Bononiensis revelatio contigit 1617.

Novena Antonii non consistit praecipue in cultu Antonii, sed in eo quod quis novem hebdomadibus continuis omni feria tertia confessionis et Eucharistiae sacramentorum par- 20 ticipes fiat. *Hoc primum est,* [. . .] *quod faciunt Novenistae,* [. . .] *accessorium est invocatio S[ancti] Antonii ob quam a privato quodam compositae sunt illae quas insectaris praecatiunculae* [. . .] *quas et plerique novenam usurpantes vel omnino ignorant, vel non usurpant, vixque uno aut altero verbo S[ancti] Antonii patrocinium invocant,*³ *caetera Deo ipsi supplicantes* p. 26[.]

25 Cajetani locus a Conringio citatus dicit tantum novas revelationes nullum novum dogma posse introducere. p. 30. 33. Mulieris hujus revelationi *credendum nemo edixit,* ei

² *Am Rande: Epist[ola] dedic[atoria]*

³ *Über der Zeile ergänzt: idem* p. 40.

1 f. *Ecclesia . . . veritatis*: DIONYSIUS VON WERL, *Philanthon*, 1676, Bl. 4^v. 7–11 Conringius . . . 1656: vgl. DIONYSIUS VON WERL, *Philanthon*, 1676, c. 1, S. 11 f. 12 *docet*: vgl. *Confessio Augustana*, 1530, XXVIII, 4. 13 f. *Solum . . . colere*: DIONYSIUS VON WERL, *Philanthon*, 1676, c. 2, S. 15. 15 f. *Confessionis . . . inflatum*: vgl. DIONYSIUS VON WERL, *Philanthon*, 1676, c. 4, S. 22 f. 15 *init[ium]*: vgl. *Apologia Confessionis Augustanae*, 1531, XXIV, 7. 16 *hoc*: vgl. ebd., XXVII, 21. 16 eum: Franziskus von Assisi, auf dessen Bewertung sich sämtliche Belegstellen dieses Absatzes beziehen. 17 *Mulierculae . . . 1617*: vgl. DIONYSIUS VON WERL, *Philanthon*, 1676, c. 5, S. 25. 25 f. Cajetani . . . introducere: vgl. DIONYSIUS VON WERL, *Philanthon*, 1676, c. 7. 8, S. 30 f. 33. 25 locus: s. oben S. 538, Z. 10. 26–S. 543.3 Mulieris . . . habuisset: vgl. DIONYSIUS VON WERL, *Philanthon*, 1676, c. 7, S. 32.

tantum *fidem licet non catholicam* [. . .] *mirabilis eventus* fecit. An *mulier* decepta an *decepta* sit, *non curant* [. . .] *novenistae*, [. . .] *modo bonum* agant, etsi *ex malo occasionem* habuisset.

Negatur Antonio cultum exhiberi deo debitum.

Nulla adhuc est Hanoverae *imago* vel *statua* [. . .] *Antonii*]. 5

Non est novum dogma de certa impetratione. Christ[us] *Marc. XI. 14.* [. . .] *omnia quaecunque orantes petitis, credite quia accipietis*].

Augustinus [. . .] *lib. X. civit[atis] D[ei] cap. 12. tom. 5.* [. . .] *cum exaudiunt angeli ejus* [. . .] *ipse in iis exaudit tanquam in vero non in manufacto templo suo sicut in omnibus sanctis suis*. 10

Nein diensttagige andacht zu dem h[eiligen] Antonio mit beichten communiciren besuchung des heiligen altars und Meß hören.

((+ videtur phrasis ejusmodi dura quasi confessio, communicatio, etc. fieret in honorem Antonii, sive quasi esset eine andacht zu dem heil[igen] Antonio. [+]))

Vellem abstinuissent narranda historiola hic: *Mulier Bononiensis* [. . .] *infoecunda* 15 *supplicat* pro liberis: fit gravida, maritus est zelotypus parit monstrum. *Infans altari S[anti] Antonii* imponitur, ejusque patrocinium rogatur: statim *vagit infans pulcherrimus* p. 49[.] *Quis talia credat*. Rem ait *rigidissime* examinatum. Vellem addidisset Examen. *Quid enim hic facilius quam suppositio infantis*[?] | 12v |

Non diffiteor [. . .] *esse in libello verba nonnulla dura, praesertim* [. . .] *a te allegata* 20 *sed facile* [e]molienda p. 50[.] ((+ mihi videntur ista quae ad emolliendum citantur esse adhuc valde dura: *bin ich in diese Kirch eingangen dein heilig bild zu besuchen*. Duram est causam finalem visitatae Ecclesiae dici visitationem imaginis Antonii. +)) *Quod autor novenae non crediderit Antonii animam latere in imagine, bene probat hoc loco: ich schaue dein h[eiliges] bildniß und mit innerlicher an-muthigkeit wende ich die augen meines* 25 *gemüths zu dir in himmel hinauff*].

7 *orantes* (1) <creditis>, (2) *petitis* L 15 *historiola* (1) *revelationis* (2) *hic* L 15 f. *infoecunda* (1) *de filio* (2) *supplicat* L 18 *addidisset* (1) *relationem* (2) *Quid* (3) *Examen* L 21 *sed . . .* [e]molienda *erg.* L 24 *novenae* (1) *bene cred(a)t* (2) *non* L

4 *Negatur*: vgl. DIONYSIUS VON WERL, *Philanthon*, 1676, c. 9, S. 38. 5–7 *Nulla . . . accipietis*: vgl. DIONYSIUS VON WERL, *Philanthon*, 1676, c. 10, S. 41. 8–10 *Augustinus . . . suis*: DIONYSIUS VON WERL, *Philanthon*, 1676, c. 10, S. 44. 8–10 *cum . . . suis*: AUGUSTINUS, *De civitate dei libri XXII*, X, 12, in Ders., *Opera quae reperiri potuerunt omnia tomis decem comprehensa. Per theologos Lovanienses . . .*, 1616, Bd. 5, S. 106A. 11 f. *Nein . . . hören*: DIONYSIUS VON WERL, *Philanthon*, 1676, S. 47. 15–18 *Mulier . . . examinatum*: vgl. DIONYSIUS VON WERL, *Philanthon*, 1676, c. 11, S. 48 f. 22 *bin . . . besuchen*: DIONYSIUS VON WERL, *Philanthon*, 1676, c. 12, S. 51. 24–26 *ich . . . hinauff*: DIONYSIUS VON WERL, *Philanthon*, 1676, c. 12, S. 51.

((+ Satis jucundum quod Antonius officii sui admonetur, eique dicitur: Er wolle mit schuldigster Reverenz vor den thron Gottes treten. Omnia ista rudi popello ineptas de coelo et throno Dei imaginationes faciunt. Addit Dionysius, id fieri quinquagies :))

Memento Domine, David. etc. et propter David servum tuum non avertas faciem. [. . .]
 5 *Psal[mus] 131.* [. . .] *Et Moses,* [. . .] *recordare Abraham, Isaac et Jacob servorum tuorum[.] et sancti* [. . .] *in fornace* [. . .]: *neque auferas misericordiam tuam a nobis propter Abraham dilectum tuum, et Isaac servum tuum, et Israëel sanctum tuum.* [. . .] 2. *Paral. VI. 42. Exod[us] XXXII, 13. Dan. III, 35.* Fallitur ergo *Repetitio Confessionis* [. . .] *Augustanae, sive confessio Saxonica Witebergae* [. . .] 1551. [. . .] *in synodo conscripta, et a*
 10 *multis subscripta, ubi de invocatione sanctorum* [. . .] *ita scribit: manifestum est nullum extare exemplum in prophetis aut Apostol[is] ubi fuit compellatio ad homines: Exaudi me Abraham, vel: exaudi me deus propter Abraham[.] Et tamen dives in inferno dixit: pater Abraham miserere mei. Et deus 4 (2) Reg. c. 19. v. 34.* [. . .] *protegam urbem hanc et salvabo eam propter me et propter meum servum David[.] Et [Isaiae]. XLV.* [. . .] 3. 4. [. . .]
 15 *propter servum meum Jacob, et Israëel electum meum. Quid [Ezechias] propria merite allegat Isaiae XXXVIII. 3.*

Apocalyps[is] I. 4. [. . .] *Johannes septem Ecclesiis* [. . .] *pax ab eo qui est, et qui erat, et qui venturus est, et a septem Spiritibus qui in conspectu throni ejus sunt, et a Jesu Christo[.]*

20 *Confessio [Wirtembergica] tit. de ordine.* [. . .] *si loquendum est de mediatore pre-cationis unusquisque pius factus est alterius mediator[.]*

Animas frui conspectu Dei Concil[ium] Florentin[um] decrevit[.] Calixt[us] disp[utationis] 14. thesi 7. (in disp[utationibus] . . .) de praecipuis capitibus relig[ionis]

14 [Isaiae]. Isa(ae). L, ändert Hrsg. nach Dionysius Werlensis 15 [Ezechias] Ezechiel L, ändert Hrsg. nach Dionysius Werlensis 20 [Wirtembergica] Witebergica L, ändert Hrsg. nach Dionysius Werlensis

1 f. mit . . . *treten*: DIONYSIUS VON WERL, *Philanthon*, 1676, c. 13, S. 57. 3 *quinquagies*: vgl. ebd.: [. . .] *ut in tantillo libello ad 50. Vices Antonium roget Author, ut* [. . .] *ad Deum accedat,* [. . .]. 4–16 *Memento . . . 3*: vgl. DIONYSIUS VON WERL, *Philanthon*, 1676, c. 14, S. 58–61. 4 *Memento . . . David*: Ps 131 (132), 1. 4 *et . . . faciem*: Ps 131 (132), 10. 5 f. *recordare . . . tuorum*: 2. Mose 32, 13. 6 *in fornace*: Dan 3, 51. 6 f. *neque . . . tuum*: Dan 3, 35. 12 f. *pater . . . mei*: Luk 16, 24. 17–19 *Apocalyps[is] . . . Christo*: DIONYSIUS VON WERL, *Philanthon*, 1676, c. 17, S. 74. 20 f. *Confessio . . . mediator*: DIONYSIUS VON WERL, *Philanthon*, 1676, c. 20, S. 89. 22–S. 545.4 *Animas . . . adventum*: vgl. DIONYSIUS VON WERL, *Philanthon*, 1676, c. 22, S. 113–115. 22 *decrevit*: vgl. die Bulle über die auf dem Konzil von Florenz beschlossene Union mit den Griechen (*Laetentur coeli*, 6. Juli 1439; DENZINGER, Nr. 1305). 22 *Calixt[us]*: vgl. G. CALIXT, *De praecipuis christianae religionis capitibus disputationes XV. . . . nunc anno M DC LIX tertium editae a Friderico Ulrico G. F. Calixto*, 1658, Disputatio XIV: *De cultu sanctorum. Thesis I*, § 7, S. 363.

christ[ianae]) contrarium esse haereticum. At contra idem Calixt[us] diss[ertationis] de ign[e] purg[atorio . . .] thes[i] 7. anno 1643. ubi ex 1. Joh. III, 2. et aliis probare conatur animas separatas nondum frui conspectu dei sed visionem [. . .] beatificam [. . .] dilatatum iri ad secundum usque [. . .] adventum.

*Brigittae canonisatio a Martino V. legitimo pontifice rata habita ad supplicationem 5
Erici Regis Sueciae.*

*Abraham weis von uns nicht, und Israël kennet uns nicht: [. . .] Isaiæ LXIII, 16. (6).
explicandum ut illud de ipso Deo: humiliavimus animas nostras et nescisti, et Christus de
seipso dicit[:] nunquam novi vos. Nescio vos[.]*

*Hieronymi explicatio: tom. 4. [. . .] nescit nos Abraham [. . .] et ignorat Israël, quia te 10
offendimus, nec cognoscunt filios quos a Deo suo intelligunt non amari. Et paraphrasis
Chaldaica sive Targum Jonathan ita explicat: Abraham non eduxit nos de Aegypto et
Israël non fecit nobis mirabilia in deserto.*

*Psalm[us] 113. (114) v. 26. [. . .] non mortui laudabunt te, intelligendum de damna- 15
tis[.] Abrahami Sculteti [. . .] Epitaphium, (ejus postillae aestivalis calci adjectum) Hospes
siste gradum, et pronus venerare sepulchrum[:] Exuvias magni haec nominis urna capit.
[. . .] Augustin[us . . .] de Civ[itate] Dei lib. XXI. c. 27 esse alios qui tanta sanctitate vi-
xerunt, ut alios quoque recipiant in tabernacula aeterna. (+ ecce opus supererogationis +)*

*Hieron[ymus] contr[a] Vigilant[ium] circa medium tom. 2. [. . .] col. 160D. refutat
quod Vigilantius dixerat animas sanctorum non posse suis tumulis et ubi voluerint adesse 20
praesentes[.]*

4 *adventum. Absatz (1) Revelationes Brigittae (2) Brigittae L* 14 *damnatis (1) Locus (2)*
Abrahami L 17 *tanta (1) justit(-) vix (2) sanctitate L*

2 *purg[atorio . . .]: G. CALIXT, [Praes.] Dissertatio theologica de igne purgatorio, [Resp.:] J. Ge-
senius, 1643, § 7, Bl. A3^r–[A4^v].* 5 f. *Brigittae . . . Sueciae:* vgl. DIONYSIUS VON WERL, *Philanthon*,
1676, c. 22, S. 121 f. 7–13 *Abraham . . . deserto:* vgl. DIONYSIUS VON WERL, *Philanthon*, 1676, c. 23,
S. 161 f. 8 *humiliavimus . . . nescisti:* Jesaja 58,3. 9 *nunquam . . . vos:* Matth 7,23. 9 *Nescio vos:*
Matth 25,12; Luk 13,27. 10 f. *nescit . . . amari:* HIERONYMUS, *Commentariorum in Esaiam libri XVIII*
in *Opera omnia quae reperiri potuerunt*, hrsg. von M. Victorius, Bd. 4, 1578, Sp. 1–502, hier lib. XVII,
Sp. 459. 14 f. *Psalm[us] . . . damnatis:* vgl. DIONYSIUS VON WERL, *Philanthon*, 1676, c. 23, S. 164.
15 f. *Abrahami . . . capit:* vgl. DIONYSIUS VON WERL, *Philanthon*, 1676, c. 24, S. 180. 17 f. *Augus-
tin[us . . .] . . . aeterna:* vgl. DIONYSIUS VON WERL, *Philanthon*, 1676, c. 25, § 3, S. 197. 17 f. *qui . . .
aeterna:* AUGUSTINUS, *De civitate dei libri XXII, XXI, 27*, in Ders., *Opera quae reperiri potuerunt omnia*
tomis decem comprehensa. Per theologos Lovanienses . . ., 1616, Bd. 5, S. 270G. 19–21 *Hieron[ymus]*
. . . praesentes: vgl. DIONYSIUS VON WERL, *Philanthon*, 1676, c. 25, § 10, S. 274 f. 20 f. *animas . . .
praesentes:* HIERONYMUS, *Adversus Vigilantium ad Riparium presbyterum epistola LIII* in *Opera omnia*
quae reperiri potuerunt, hrsg. von M. Victorius, Bd. 2, 1578, Sp. 153D–170A, hier Sp. 160D–161A.

Hieron[ymus] *de vita Hilarionis in fine tom. 1.* [. . .] *erat* [. . .] *solita* (constantia) *pervigiles in sepulchro ejus noctes ducere et quasi cum praesente ad adjuvandas orationes suas sermocinari*[.]

Locus Justini Martyris et alius ⟨ – genus ⟩ confirmans nonnihilo cultum sanctorum[.]

1–3 *de . . . sermocinari*: DIONYSIUS VON WERL, *Philanthon*, 1676, c. 25, § 10, S. 278 f. 1–3 *erat . . . sermocinari*: HIERONYMUS, *Vita sancti Hilarionis in Opera omnia quae reperiri potuerunt*, hrsg. von M. Victorius, Bd. 1, 1579, Sp. 320D–339B, hier Sp. 337B. 4 Locus: vgl. DIONYSIUS VON WERL, *Philanthon*, 1676, c. 25, § 9, S. 249–271.

FEL021. DE HORBII HISTORIA ORIGENIANA ET HISTORIA MANICHAeorUM

[1670 bis März 1671.]

Überlieferung:*D* Aufzeichnung: FELLER, *Otium*, 1718, Nr. XXI, S. 150.Weitere Drucke: 1. FELLER, *Otium*, 2. Aufl. 1737, Nr. XXI, S. 150. 2. DUTENS, *Opera*, 5
Bd. 6,1, 1768, S. 297 f. (nach FELLER).

Den Terminus post quem unseres Stückes stellt das Erscheinen J. H. HORBS *Historia Origeniana* im Jahr 1670 dar, der Terminus ante quem ergibt sich aus Leibniz' Ankündigung einer »Historia Manichaeorum« desselben Autors (s. unten S. 547, Z. 27). Diese wurde 1670 versprochen (vgl. unsere Ausgabe II,1² S. 57, Z. 20 f.) erst in einem Schreiben vom 27. Januar/6. Februar 1671 aber teilte Horb Leibniz mit, er habe sie für den Druck vorbereitet (I,1 S. 114, Z. 17). Am 2./12. März 1671 schrieb er, er werde die »Historia« erst zu einem späteren Zeitpunkt erscheinen lassen (I,1 S. 128, Z. 15 f.). Schon der Katalog der Leipziger Ostermesse 1670 meldete, offensichtlich verfrüht, die »Historia Manichaeorum« mit den Angaben Frankfurt a. M. bei Zunnerus in 4°, als bereits erschienen (Bl. A2^v [dort auch, mit denselben Angaben eine historia Unitariorum]) und auch in verschiedenen zeitgenössischen Nachschlagewerken wird sie aufgeführt, wobei als Jahr regelmäßig 1670 und als Ort abwechselnd Frankfurt a. M., Straßburg oder auch beide Städte genannt werden, und obwohl auch Leibniz im Januar 1714 meint, Horbs »jolie dissertation sur les Manichéens« sei »il y a plus de 40. ans«, also um 1670, gedruckt worden (s. DUTENS, *Opera*, VI,1, 1768, S. 212; GERHARDT, *Philosophische Schriften*, 3, 1887, S. 363). Ein Druck kam aber wahrscheinlich nicht mehr zustande. Es lässt sich daher davon ausgehen, dass sich Leibniz nach dem März 1671 kein Anlass mehr bot, zu schreiben, die »Historia Manichaeorum« werde »bald« erscheinen.

Horbius constituerat tum doctores, tum haereticos veteris Ecclesiae percurrere, eorumque sententiam non ex centonibus allegantium colligere, aut per articulos cum aliorum apparentibus tantum in speciem paralogismis sparsas intueri, sed ex ipsis fontibus colligere, et suam cuique separatam theoriam aliorum hypothesibus intermixtam perpetua harmonia connexam, et ad pauca quaedam principia et πρῶτα ψεύδη revocata assignare. Edidit in Origene doctum specimen, dabit mox in Manete, inde ad Arium et Nestorium perget.

27 Origene: J. H. HORB, *Historia Origeniana*, 1670.
nicht erschienene »Historia Manichaeorum«.

27 Manete: J. H. HORBS wahrscheinlich

D209. DE CULTU SANCTORUM

[vor dem 23. Juli 1677]

Überlieferung:

- L* Konzept: LH I 3,71. Bl. 1–4. 2°. 6 S. Bl. 4 leer.
- 5 *l* Reinschrift: LH I 3,71. Bl. 5–10^r. 2°. 10 1/2 S. Mit Korrekturen und Ergänzungen von Leibniz' Hand (*Lil*). (Unsere Druckvorlage.) – Gedr. (teilw.): GRUA, *Textes inédits*, 1, 1948, S. 155 f. (entspricht S. 548, Z. 36 – S. 549, Z. 11 mit Fußnote, S. 553, Z. 17 – S. 554, Z. 10.)
- 10 *A* Abschrift von *l* (Mitte des 18. Jahrhunderts) von H. J. F. Buschs Hand: LH I 14 Bl. 369–374^r. 4°. 10 1/2 S. Überschrift: »G. G. Leibnitii de cultu Sanctorum«. Am Ende des Textes: »(Quanquam ex apographo hoc Schediasma fuerit descriptum, erat tamen Leibnitii manu correctum, qui ad marginem scripsit: Scripsi cum nondum Conringii responsum ad P. Dionysii scriptum vidissem.) (Ex Bibl. Reg. Hannover.)«

Unser Stück bietet eine Stellungnahme zu der Kontroverse zwischen Hermann Conring und Dionysius von Werl (Werlensis) um das 1675 in Hannover publizierte Büchlein *Novena s. Antonii de Padua* (s. oben Stückeinleitung zu N. D208). Es setzt die Lektüre der beiden Streitschriften und damit auch unsere N. D208 voraus (auf N. D208 verweist eine Notiz auf der ersten Seite von *L*; s. unten Textapparat zu S. 549, Z. 1). Leibniz hat sich allerdings von den zugrundeliegenden Schriften und seinen eigenen Exzerpten, Paraphrasen und Kommentaren weitgehend gelöst. Einen in *L* nachgetragenen expliziten Hinweis auf den *Philanthon* hat er wieder gestrichen (s. unten Textapparat und Erl. zu S. 553, Z. 18). Aus der Stellungnahme zu den beiden Streitschriften ist eine kritische Auseinandersetzung mit der Heiligenverehrung im allgemeinen geworden. Das mag ihn veranlaßt haben, *l* nachträglich die Überschrift »De cultu Sanctorum« zu geben. Wie eine Randbemerkung zu *l* festhält, hat Leibniz seine Stellungnahme formuliert, bevor ihm Conrings Antwort auf den *Philanthon* des Dionysius von Werl bekannt geworden ist (s. unten Fußnote 1).

25 Diese Mitteilung bietet zugleich den Ansatzpunkt für die Datierung unseres Stückes. Hermann Conring sandte ein für die Herzogliche Bibliothek bestimmtes Exemplar seiner *Discussio eorum quae opposuit suae Animadversioni in Novenam Antonianam Hannoverae editam Dionysius Werlensis* am 13. (23.) Juli 1677 an Leibniz (unsere Ausgabe II,1 N. 152), der es dem Herzog vor dem 24. August (3. September) überreichte (ebd., S. 562, Z. 7–8). Mit dem Erhalt dieses Buches ist der zweifelsfreie terminus post quem non gegeben.

30 Unser Stück ist wahrscheinlich aber schon etwas früher entstanden, denn von der Arbeit an der *Discussio* hatte Leibniz bereits im Mai des Jahres erfahren. Am 27. April (7. Mai) 1677 hatte ihm Johann Eisenhardt mitgeteilt, daß Conrings mit einer Antwort auf Dionysius von Werl beschäftigt sei (I,2 S. 271, Z. 7–8), und wenig später, am 18. (28.) Mai, kündigte ihm der Autor selbst seine Entgegnung an (ebd., S. 326, Z. 16–21). Wahrscheinlich war Leibniz' Stellungnahme bereits formuliert, als er von der Fortsetzung der Kontroverse erfuhr.

35

De cultu Sanctorum

Legi¹ quae Vir Clarissimus Hermannus Conringius ad reverendissimum Episcopum Marroccanum de Novena Antoniana scripsit. Vidi etiam quae R[everendissimus] P[ater] Dionysius Capucinus respondit. Si mihi quod sentio ingenue dicendum est, ita Censeo: Conringius diu Romanae Ecclesiae bellum instaurare meditans, argumentum illud elegit, in quo visus est majorem reprehensionis materiam inventurus. Fatendum est enim, si in ulla re certe in materia religiosi cultus, difficile esse tueri praxin publicam plurimarum [Ecclesiarum] quae cum Romana communicant. Quare mirum non est si [Conringius] (qui simul et bellum denunciavit et arma elegit) meliore conditione certandi utitur, quoniam non aequo Marte pugnat. Nam si de Purgatorio, de confessione auriculari, de jure Episcoporum, aliisque quibusdam certaretur, ubi plausibilia admodum Romanae Ecclesiae argumenta habentur, forte anceps certamen ei subeundum foret.

Equidem boni publici causa optarem R[everendissimos] P[atres] Capucinos aliud potius argumentum certaminis elegerit. Nam quod ad cultum religiosum attinet, puto a viris prudentibus potius in eo minuendo atque arctando, quam amplificando atque propagando esse laborandum. Quoniam certum est periculosius esse nimium quam parum sanctos colere: nam nimius in ipsos honor in Dei injuriam cedit; Deum autem honorandum esse primum est caput omnis pietatis et religionis. Fatebuntur omnes si quis Catholicus tota vita nec invocaret sanctos, nec aliter coleret atque honoraret, quam ab Augustanae confessionis homine fieri solet, nullo modo propterea difficiliter salvatum iri, aut diutius in purgatorio haesurum esse. Cum ergo una pars fateatur cultum illum impune omitti posse, altera autem adhibenti periculum minetur, patet utique potiore esse conditionem prohibentis, aut certe restringentis.

¹ *Am Rande*: Scripsi cum nondum Conringii responsum ad P[atris] Dionysii scriptum vidissem

1 vide separatim excerpta ex libris Conringii et Dionysii *erg. am oberen Rande* L 6 Eglesiarum l ändert Hrsg. nach L 7 Conringius l ändert Hrsg. nach L 10 aliisque quibusdam *erg. Lil* 17 quis (1) Romanae Ecclesiae addictus (2) catholicus L 23 f. Scripsi . . . vidissem *erg. Lil*

1 Erl. zum Textapparat: vgl. N. d208, S. 537, Z. 2. 1 Conringius: H. CONRING, *Animadversio in libellum Germanica lingua tituloque hoc latino praefixo: Novena s. Antonii de Padua*, 1675. 1 Episcopum: Valerio Maccioni. 2 Novena: *Novena s. Antonii de Padua. Das ist: Kurtzer Bericht von der Andacht mit welcher viel Christglaubige zu der Ehr des H. Antonii neun Dinstag Beichten Communiren S. Antonii Altar besuchen Vnd eine Meß hören*, 1675. 3 Dionysius: DIONYSIUS VON WERL, *Philanthon sive animadversio in animadversionem quam D. Hermannus Conringius . . . in Novenam S. Antonii attentavit*, 1676. 23 responsum: H. CONRING, *Discussio eorum quae opposuit suae Animadversioni in Novenam Antonianam Hannoverae editam Dionysius Werlensis*, 1677.

Neque jam examino quomodo res exemplis veterum et rationibus excusa|Bl. 5^v|ri posit, fatendum est tamen esse valde proclivem in abusum, praesertim apud religiosos et populum rudem.

Apud religiosos quia in conventibus suis quotidie miras historias audientes et
5 legentes, ita illis assuescunt, ut postea sint ad talia multo quam alii proniores. Apud plebem, quia plebs, et in universum ignorantia, in superstitionem est proclivis. Itaque fatendum est interesse potius reipublicae et Ecclesiae, ut talia coerceantur quam ut defendantur[.] Et quemadmodum vellem vulgo protestantium majorem erga sanctos patres reverentiam ingenerari, ita in quibusdam alterius partis Ecclesiis majorem in illis colendis
10 circumspectionem desidero.

Equidem non miror, neque improbo quod R[everendissimus] P[ater] Dionysius causam suae Ecclesiae contra Cl[arissimum] [Conringium] suscepit, fecit enim provocatus, et fateor eum sic satis moderate sentire aut certe loqui de hoc argumento. Velim tamen eum quod verbis, idem et factis declarare; dare gloriam Deo et suorum abusus nominatim
15 condemnare. Ego equidem ita censeo nihil in Romana Ecclesia prudentius fieri posse, quam si ipsi ejus Rectores duriora et periculosa nominatim expurgarent, corrigerent, condemnarent et ex usu atque praxi eliminarent. Ita enim magnam adversariis carpenti materiam praeriperent, iisque aegre admodum facerent; et ad unionem viam sternerent. Equidem scio multa in concilio Tridentino salubriter esse constituta, quaedam etiam in congregatione Rituum optime decreta sed optandum est executioni mandari neque ob humanos respectus aut etiam lucellum aliquod intermitteri. Recte memini a patribus statui ne imposterum imagines cincinnis et capillis ad hominum instar orrientur, prudenter etiam Pozae liber prohibitus est, in quo de B[eata] Maria virgine multa inepte dicebantur; et laudandus est |Bl. 6^r| eorum zelus qui nascentem Burri haeresin Mediolani oppresserunt. Ex his ipsis
20 tamen exemplis disci potest quam facile plebs periculosas ejusmodi nugas admittat: adde

5 ita *erg. Lil* 7 f. quam ut defendantur *erg. L* 9 ita (1) vellem apud (2) in (a) Romana Ecclesia (b) quibusdam alterius partis Ecclesiis |cum Romana communionem colentibus *erg. und gestr.* | L 12 Coringium *l ändert Hrsg. nach L* 20 est (1) praxi ⟨-⟩ (2) executioni L 22 orrientur, (1) ⟨ite⟩ (2) optime (3) prudenter L 23 B. *erg. Lil* 25 nugas (1) audiat. (2) admittat. L 25–S. 551.3 adde . . . cultores *erg. L*

21 patribus: Leibniz interpretiert hier wohl den Beschluß der (Konzils-)Väter, *ut procaci venustate imagines non pingantur nec orrientur (Concilium Tridentinum, Sessio XXV, De invocatione, veneratione et reliquiis sanctorum, et de sacris imaginibus)*. 23 Pozae: J. B. POZA [Pseudonym: Joannes Antonius de Saura], *Elucidarium deiparae*, 1626 u. ö., lehrte, daß beim Abendmahl Fleisch, Gebein und Blut Marias mitgenossen werde, und wurde von der Sorbonne verdammt. 24 Burri: Giovanni Francesco Borro lehrte u. a., daß Maria der inkarnierte Heilige Geist sei und daß im Altarsakrament auch ihr Leib gegenwärtig sei. Der flüchtige Borro wurde 1661 von der Inquisition verurteilt und verbüßte seit 1672 eine lebenslängliche Haftstrafe.

supressas societates sub titulo Mancipiorum virginis (de l'Esclavage), institutas. Item vidi libellum, de quo multus in Gallia et Belgio sermo fuit, ab Episcopis approbatum, cui titulus: *Monita* [. . .] *B[eatae . . .] Virginis ad indiscretos* [. . .] *cultores*. Quare in his satius est nimium rescindi quam permitti.

Equidem fateor quaedam sano sensu explicari posse, sed si verba impropria et [metonymica] in usum frequentem transeant, tunc tandem (inprimis apud imperitos) proprii aequivalent. Itaque phrases quae obiter aliquando sanctis patribus aliisque laudatis viris excidere, eas in usum publicum et frequentem trahere et ad imitandum proponere velle, ineptum est.

Fatendum est cultum sanctorum multa habere difficilia explicatu et quae prima fronte cum ratione pugnare videri possint. Nam necesse est eundem S[anctum] Antonium simul persentiscere quae in India et Europa ipsi vota nuncupantur. Quod duobus modis fieri potest, vel ita ut ipse audiat, vel ita, ut alius ei communicet. Si ipse percipit, quae in diversis partibus orbis geruntur, inprimis ob visionem beatificam; tunc nulla ratio reddi facile poterit, cur non sciat omnia: nam ubi quis semel lege locorum solutus est, par est ratio omnium locorum. Secus est, si ejus cognitio oritur ex revelatione, tunc enim ratio reddi potest, cur non omnia sciat, quae nunc fiunt, quia scilicet non omnia ei revelantur. Revelari autem sancto preces necesse est aut a Deo, aut ab angelo. Si a Deo, tunc oritur circulus, satis ut videtur incongruus, Deus scilicet ad sanctos perfert, ea quae sancti vicissim ad ipsum sunt relaturi; Angelos quoque hoc munere occupari parum congruum est; cum ipsi sint nobiliores sanctis, et credibile sit, plus apud Deum valere Angelorum quam Sancto|Bl. 6^vrum intercessionem. Valde quoque ineptum est dicere innumeras tot hominum preculas ab angelis excipi, dinumerari et sanctis narrari, praesertim cum angeli in talibus olim non ita fuerint occupati[.]

Sed omittamus modum, quo sancti ista scire possunt: tantum videamus cui bono fiant. Equidem certum est si quis in Jesu nomine aliquid roget, instructus vera fide sive in gratiae

1 f. Item (1) vide *L l* (2) vidi *Lil* 5 fateor (1) verba (2) quaedam *L* 5 f. [metonymica] metonymica *l ändert Hrsg. nach L* 6 usum (1) nimis (2) frequentem *L* 7 f. Itaque (1) quae . . . excidere, ea (2) phrases quae . . . excidere, eas *L* 11 f. simul (1) posse intelligere (2)po (3) persentiscere *L* 14 geruntur, (1) <tunc -- nulla -- cur non omnia sciat quia -- se fiunt, qu- -> (2) inprimis *L* 16 locorum *erg. L* 17 quae nunc fiunt *erg. L* 23 ab (1) sanctis (a) dinumerari, excipi (b) excipi, dinumerari (2) angelis . . . dinumerari (a) , et perferri (b) et *L* 24 occupati (1) *Absatz* Necesse est (a) quoque (b) angelos quoque olim multo minus quam nunc <f- > (2) *Absatz* Sed *L* 25 bono | ista *gestr.* | *Lil*

1 supressas: Verbot der Bruderschaften der Sklavenschaft Mariens durch Dekret des HI. Offiziums vom 5. Juli 1673 und Clemens' X. Breve *Pastoralis officii* vom 15. Dezember 1673. 2 libellum: A. WIDENFELDT, [anonym] *Monita salutaria Beatae Virginis Mariae ad cultores suos indiscretos. Juxta exemplar Gandavense*, 1673. 26-S. 552.2 si . . . iri: vgl. Jo 15,16 und 16,23.

statu constitutus, aut quantum in se est ad gratiam recipiendam dispositus, eum a Deo exauditum, et omnia salutaria ei concessum iri. Quo posito non video quid opus sit ad sanctos confugere. Nam Deus magis est misericors quam sancti, quoniam misericordia est virtus, virtutes autem Deus in summo possidet gradu.

5 At dicet aliquis, eodem argumento probabitur inutile esse, ut nostra vota piis hominibus in terris, et inprimis Ecclesiae commendemus. Respondeo primum, haec intercessio hominum vivorum nobis similium, nullo modo periculum creat superstitionis; deinde dum homines pii in terris alii pro aliis orant, et se precibus Ecclesiae commendant, primum faciunt officium caritatis quod praemio exauditionis [promissae Deus] excitat; cum sanctorum in coelo caritatem nullo praemio excitari sit necesse. Deinde hac publica precum
10 fusione honor Deo habetur in terris; et cultus divinus multiplicatur, quod secus est sanctorum precibus in coelis, quia illi jam tum Deum summe honorant. Est et aliud discrimen, quod alios pios rogare necesse est, iisque communicare desideria nostra, ut nobiscum vota jungant. Sancti vero si tam sunt conscii rerum nostrarum, ut preces nostras percipiant,
15 etiam satis tacentibus nobis scient quae nobis salutaria sunt, et Deum ipsi per se orabunt ut nobis sit propitius. | Bl. 7^r | Neque credendum est honorem quem aliquis prae alio sanctis habet, sanctos ad ei inserviendum reddere alacriores: sunt enim ambitione vacui, nec suum honorem sed Dei gloriam et nostrum bonum expetunt, et quicquid ad id conferre videbunt sua sponte pro nobis rogabunt. Itaque absonum est credere, Beatam virginem illis magis
20 favere, qui eam elegere patronam quam aliis qui patrocinium sancti minus fortasse potentis elegere. Talia a sanctissimis illis mentibus aliena sunt. Nisi forte S[anctum] Januarium iratum Neapolitanis fuisse putamus quod gravissimo pestis tempore alium patronum Xaverium ei superinduxere.

Ex his satis patet non magnum fructum ex hoc peculiari sanctorum et imaginum cultu
25 percipi. Quanta autem damna ex abusu ejus nata sint, tum ex superioribus intelligi potest tum ex his paucis apparebit.

9 [promissae Deus] promissae. Deus *l ändert Hrsg. nach L* 10 in coelo *erg. Lil* 10 publica *erg. L* 12 honorant. (1) Si (a) ipsi nos (b) audiremus eorum intercessionem apud Deum pro (aa) (hom) (bb) nobis, inde auferetur honor Dei, adeoque perutilis foret sanctorum opera ad (aaa) gloriam (bbb) nomen Dei glorificandum. (2) Est *L* 14 f. si (1) tantam scientia habent ut preces nostras (2) preces nostras percipiunt, etiam | *satis erg.* | . . . sciunt (3) tam . . . percipiant, . . . scient *L* 15 Deum | ipsi per se *erg. Lil* | (1) orant (2) orabunt *L* 26 apparebit. (1) Damna sunt tum | *superstitio doppelt unterstr.* | in (a) Ecclesiae Romanae (qv –) (b) ignara plebe Ecclesiae Romanae addicta | aliubi invalescens *erg.* | qvam supra (aa) (addet) (bb) jam attingi, et possem post tot aliorum praeceuntes labores fuse deducere nisi id odiosum esset; tum | *Schisma doppelt unterstr.* | inter Romanam Ecclesiam et protestantes, quod certe nulla re magis exacerbatur qvam abusu qvi circa cultum contingit, est enim ill(e) maximi momenti qvia tangit honorem Dei ubi nemo connivere debet, ne particeps fiat criminis et horrendis illis anathematismis exposit(is), quos ipse Deus Zelotes in (aaa) eum (bbb) eos qvi honorem ejus dant alteri, fulminavit (2) Damna *L*

5 f. nostra . . . terris: vgl. *Apologia Confessionis Augustanae*, 1531, XXI, 1–2. 9 excitat: vgl. *Matth 7,7–11* und *Jak 5,16b*.

Damna primaria quatuor numerabo: superstitionem invalescentem in popello rudi ipsius Ecclesiae Romanae; Atheismi aut certe Libertinismi propagationem in ingeniosioribus; continuationem Schismatis inter Pontificios et protestantes; scandalum Judaeorum et amissionem Orientis per Mahometanos.

Superstitionem in rudi popello invalescere ille judicabit, qui consideraverit 5 varias religiosorum inprimis praxes, miraculorum innumerabilium et saepe ineptorum relationes, immensum lucrum quod callidi homines ex his colligunt, tot superbas structuras, magnifica opera, congestasque, opes quae saepe non nisi his artibus debentur; varias sodalitates, et privilegia spiritualia, his sodalitatibus concessa, et ab iis, qui eas amplificare cupiunt, saepe conficta. Ut sodalitates Scapularis, Rosarii, aliasque id genus in quarum 10 libellis me res valde absurdas videre memini. Sunt quaedam societates, quae jactant revelationem B[eatae] Virginis, promittentis, qui eam ingressus fuerit non moriturum in mortali. Unde quanta peccandi licentia sequatur |Bl. 7^v| judicatu facile est. Nam qui ita peccat, is mortis non festinandae, spatiique ad poenitendum superfuturi, ac quicquid nunc 15 quidem faciat, salutis, certus est. Et talia in Romana quoque Ecclesia a multis doctis viris sunt gravissime reprehensa. Sed praevalet torrens receptorum apud vulgus opinionum.

Homines autem ingeniosi, quibus talia quotidie occurrunt, et qui vix concionem audire possunt, quae non ineptis fabulis et ad superstitionem compositis historioliis scateat, tales, inquam, pessimam denique opinionem de tota religione concipiunt, et in Libertinismum, Atheismumve ipsum aperte declinant. Quod utinam non esset hodie 20 notissimum et experientia probatum illis, qui in hominum frequentia versantur. Pauci aperte enuntiant sententiam; sed satis dicunt intelligenti: ego autem experientia comperi, verum

9 spiritualia *erg. L* 10 sodalitates *erg. Lil* 10 in (1) quibus *L l* (2) quarum (a) ⟨histor⟩ (b) libellis *Lil* 13 mortali. (1) Vide q (2) Unde *L* 14 peccat, (1) poenitentiae futurae, (2) is *L*
17 vix (1) sermonem (2) concionem *L* 18 historioliis |adde huc historiolum quam narrat R. P. Dionysius pag. 48. *am Rande erg. und gestr.* | *L* 21 qui (1) cum hominibus versantur (2) in *L*
22 sed (1) satis explicant (2) satis *L*

10 Scapularis: Das (Laien-)Skapulier, aus einem Bestandteil der Ordenstracht entwickelt, wurde häufig von Mitgliedern Dritter Orden und spezieller Bruderschaften getragen. Es besteht aus zwei rechteckigen Wollstücken auf Brust und Rücken, die durch Bänder verbunden sind. 13 mortali: Spielt wohl auf die Überlieferung an, in einer Vision habe der Generalprior der Karmeliter, Simon Stock, von Maria die Zusage erhalten, wer bekleidet mit dem Skapulier Unserer Lieben Frau vom Berge Karmel sterbe, werde erlöst werden. 18 Erl. zum Textapparat: DIONYSIUS VON WERL, *Philanthon*, 1676, c. 11, S. 48 f; vgl. S. 543, Z. 15.

hujus irreligiositatis fontem esse mixturam lucis cum tenebris, Religionis cum superstiti-
 one. Cum enim multa quotidie inepta inculcari audiant, neque satis sint eruditi, aut exacti,
 aut instructi ut quod antiquum, genuinum, et apud Christianos certum est, a nugis additiis
 5 distinguere possint, hinc uno impetu omnia abjiciunt, et suspicantur miseri, quae de Christo
 et Apostolis narrantur non magis esse vera, quam quae de Francisco aut Antonio jactantur.
 Quoniam ad solidam ferendam sententiam et discernendum genuinum a ficto, antiquum a
 novo, opus est facultate critica et notitia non vulgari antiquitatis et iudicio acri et diligenti
 examine earum rationum, quibus veritas Christiana nititur. Cujus laboris si capaces aut
 [patientes] essent, non utique in miseros adeo errores laberentur, nec Christum Mahometi,
 10 scripturam sacram legendae aureae compararent. |Bl. 8^r|

Tertium, quod ex his oritur, malum est Schismatis continuatio inter Ponti-
 ficios et protestantes, quod certe nulla re magis exacerbatur, quam illis, qui circa
 cultum contingunt, abusibus. Ego ita semper ingenue iudicavi, nihil magis obstare Eccle-
 siarum reconciliationi. Facile enim est protestantibus catalogum texere ingentem multarum
 15 phrasium; praxium et sententiarum durarum; et piarum aurium offensivarum, scandalosa-
 rum, periculosarum et pessimas plebi sententias ingenerantium, quae non obiter excidere,
 sed passim publice cum apparatu, pompa, plausu frequentantur et defenduntur: Quae
 quamdiu in Ecclesia Romana non nominatim corriguntur, expurgantur, anathemate per-
 cutiuntur, negant protestantes se salva conscientia pacem Ecclesiasticam cum Ecclesia
 20 ejusmodi colere posse, in qua talia regnant et tam late vagantur. Dissimulare et connivere
 in re tanta, ubi divini honoris interest, inexcusabile arbitrantur. Nec jam excutio an ista
 semper jure ab iis jactentur, illud constat magnam saepe speciem habere quae dicunt, quod
 ad probandum scandalum et reformandi talia necessitatem sufficit. Constat tunc cum in-
 ciperet schisma multos egregios viros esse fassos, magnos abusus invaluisse, et reforma-
 25 tione aliqua opus esse. Tantum autem abest ut reformatio secuta sit in materia cultus, ut
 potius multitudo novorum ordinum religiosorum novas semper conquerendi causas prae-
 buerit, et abusus in immensum auxerit; Synodo Tridentina agnoscente potius malum quam
 tollente. Fateor in Theoria, ut vocant, sententias Theologorum Romanae Ecclesiae nunc
 esse perpolitatas, ipso scilicet conflictu: multa satis |Bl. 8^v| tolerabiliter et saepe percom-

2 eruditi, (1) et (2) aut L 5 quam (1) de (a) Antonio (b) Francisco L (2) quae . . . Francis-
 co L Lil 6 ad (1) solida ferenda iudicia L (2) solida ferendam sententiam L l (3) solidam . . .
 sententiam Lil 7 f. et (1) exacto examine (2) examine <acurato> (3) diligenti examine L
 9 patieutes l ändert Hrsg. nach L 11 his |abusibus gestr. | L 12 illis, (1) quae L l (2) qui Lil
 13 obstare (1) Unioni (2) reunioni (3) Ecclesiarum L 14 reconciliationi. (1) Negant eni (2) Facile L
 15 durarum; | et gestr. | L 17–21 Quae . . . arbitrantur durch Anführungszeichen markiert l
 18 nominatim (1) <rem> (2) taxuntur, (3) corriguntur L 23 et (1) talia removendi (2) reformandi L
 28 ut vocant erg. L 29 multa (1) commode satis, et saepe tolerabiliter explicari, (2) satis L

mode explicari; ac Synodum Tridentinam, si [anathematismos] demas qui aut rejici aut mollius explicari debent[,] admodum prudenter et circumspecte locutam; Catechismum quoque Romanum non aspernandum videri. Sed quid refert moderatas praeclaras sententias in Cathedris professorum doceri, aut in libris Scholasticorum legi, si interim quae in Ecclesiis resonant, quae in libellis precum manibus hominum teruntur, in alia omnia ab- 5 eunt? Neque sufficit ista generatim damnari. Nominatim enim prohiberi, et leges poenis sanciri necesse est, ut appareat rem serio agi.

Quartum malum, quod hic numero est scandalum infidelium et quae inde secuta est, amissio Orientis. Illud enim pro certo habendum est, Mahometem, cum colluuiem ex Judaeis, semichristianis, et Arabibus collegit, in Christianos velut idololatrias 10 fulminasse, iisque cultum qui uni Deo debetur ad creaturas translatum objecisse. Constat, quanto nunc etiam odio Judaei pariter et Mahometani imagines prosequantur, quam abominandus illis cultus videatur, qui speciei panis exhibetur. Equidem fateor etiam Trinitatis et Incarnationis eos esse hostes; sed hoc non suffecisset ad eversionem fidei in Oriente, nisi 15 Saraceni omnia miseris superstitionibus infecta reperissent. Nam nec Trinitatis nec Incarnationis dogma cultum magnopere mutat, quia unum semper Deum coeli et terrae creatorem per se ac primario latria a nobis coli certum est. At vero cultus imaginum, Sanctorum et hostiae in oculos incurrit Infidelium, eosque in nos vehementissime concitat. Acerrima sunt verba cujusdam |Bl. 9^f| Sultani, quae me aliquando legere memini; quem 20 admodum et alia ex orientalium scriptis a viris doctis excerpta, in eam rem afferri possent.

Superest ut speciatim attingamus quid corrigi atque emendari optandum videatur. Quod quidem ea arte atque prudentia fieri posse arbitror, ut neque Ecclesiae Romanae

1 f. Tridentinam, (1) (si anathematismos demas | qui . . . debent *erg.* L |) L 1 (2) si . . . debent *Lil*
 1 anathematismos *l ändert Hrsg. nach L* 2 locutam; (1) abusus nonnullos in libris satis (2) abusus multos generatim damnatos; (3) Catechismum . . . videri L 3 moderatas *erg. Lil* 4 f. interim quae in (1) Cathedris (2) Ecclesiis L 6 damnari (1) , nominatim (a) tolli, (b) (inter) (2) quia nominatim prohiberi L 1 (3) nominatim . . . prohiberi *Lil* 9 pro (1) certum est (2) certo L 11 f. Constat, | enim *erg.* | quanto | nunc etiam *erg.* | odio L 13 fateor (1) etiam L (2) quam 1 (3) etiam *Lil* 18 f. concitat. (1) Nota sunt quae (2) Memorabilia (3) Acerrima L 19 f. Sultani, (1) et alia quae in eam rem ex orientalibus collegere eruditi (2) quae apud Hottingerum legere memini, (3) qui et alia ex Orientalium scriptis collegit (4) quae . . . a L 19 legere memini; *erg. Lil* 21 attingamus (1) corrigendorum abusorum ratio (2) quid L

19 Erl. zum Textapparat: [ÜBERPRÜFEN!] J. H. HOTTINGER, *Historia orientalis*, 1651, S. 315 (Ed. 1660, S. 508f.) bringt im Zusammenhang mit Sprichwörtern eines Ali, Imperator Muselmännern diese Geschichte: »Erat homini cuidam Idolum domi suae, quod colebat, et cui quotidie sacrificabat sacrificium, consumsitque omne id, quod possidebat propter Idolum illud, quod se coram eo sistens dixit: Ne consume opes tuas propter me, et me deinde culpa apud Deum alium.«

autoritas quam sibi arrogat ullam inde deminutionem patiatur neque quod sponte fecisse videbitur ab ea extortum dici possit. Idque jam tempestivum videtur, cum Papa, qui nunc rerum potitur, magna probitatis fama floreat. Ante omnia itaque desiderandum videtur, ut Papa omnes formulas cultus sanctorum aboleat, quaecunque discrimen inter Deum et sanctum non diserte exprimunt. Tametsi enim verba generalia et [ambigua] commodum sensum patiantur; possunt tamen ea esse tempora, ut intersit Ecclesiae, ambigua explicari, et inexplicata, ancipitia, suspecta, aboleri. Itaque rejiciendae sunt phrases omnes quae ita conceptae sunt, ac si sanctus aliquid per se conferat, ut: *Maria mater gratiae*, [. . .] *tu nos ab hoste protege*: aliaque id genus.

10 E contrario optandum videtur, ut omnia quae a sancto desiderantur, ad hoc unum expresse reducantur: *Ora pro nobis*. Quoniam enim revera nihil aliud ab eo desiderari potest, quid opus est verum sensum verbis involvi? Et certe in Breviario, in quo multae sunt preces vetustissimae, plerumque non nisi intercessionis fit mentio, et sicuti formulae sunt paulo ampliores, facile emendari possunt, neque enim novum est preces publicas 15 reformari. Fecere id Sixtus V. et Urbanus VIII. et alii Pontifices: privatae autem preces; hymni, meditationes; sodalitatumque atque ordinum spiritualia |Bl. 9^v| exercitia minore negotio corrigi posse, manifestum est; lege illis praescripta qui imposterum aliquid in publicum usum manans et ad cultum spectans, sunt edituri.

Non tantum in interiore sensu, sed et externis formulis caeremoniis et honoris signis, 20 nulla debet esse ut sic dicam proportio inter cultum qui sanctis exhibetur, et qui Deo. Itaque valde incongruum est, ut, exempli causa, una oratio dominica multis salutationibus Angelicis inseratur, et velut obruatur, ut saepius Mariae quam

2 jam | nunc *gestr.* | L 2 cum . . . floreat *durch Anführungszeichen markiert l* 3 itaque (1) <optarem> ut <pa> (2) desiderandum L 3–5 ut . . . exprimunt *unterstr.* L | *Unterstreichung aufgehoben Lil* 4 f. sanctum (1) ; et <modum qv –> (2) non (a) expresse (b) diserte L 5 [ambigua] ambigna *l ändert Hrsg. nach L* 7 aboleri. (1) Itaque qv andocunqve sanctus aliquis gratiae largiter (2) itaqve L 7 omnes (1) in qvibus dici videtur (2) qvae ita (a) sonant L (b) conceptae sunt *Lil* 10 f. ut . . . reducantur *unterstr.* L 11 f. Quoniam . . . involvi? *erg.* L 14 est | *breviarium aliasqve | gestr.* L 18 usum *erg.* L 20 ut sic dicam *erg.* L 22 et velut obruatur *erg.* L

2 Papa: Innozenz XI. 8 f. *Maria . . . protege*: Die zweite Strophe des Hymnus *Memento salutis auctor*, der in den kleinen Horen (Terz, Sext, Non) des kleinen Marienoffiziums gebetet wurde. Im *Rituale Romanum* gehörte der Text zu den Gebeten des Ordo commendationis animae. Die *Apologia Confessionis Augustanae*, 1531, XXI, 26 zitiert das Gebetswort frei. 11 *Ora pro nobis*: Die Interzessionsbitte, die der Anrufung eines/einer Heiligen in der Heiligenlitanei folgt. 15 Sixtus V.: Wohl versehentlich für Pius V., der die vom Trienter Konzil beschlossene Revision des Breviers zum Abschluß brachte (vgl. unsere Ausgabe IV,4 S. 565, Erl. zu Z. 1). 15 Urbanus VIII.: Zur Brevierrevision Urbans VIII. s. unten S. 557, Z. 12. 22 inseratur: Gemeint ist das Rosenkranzgebet, bei dem ein Vaterunser mit zehn »Ave Maria« (salutationes angelici) 15mal wiederholt wird. Auch die Kritik des folgenden Absatzes ist wohl auf das Rosenkranzgebet zu beziehen.

Dei mentio fiat; ut major fiducia in Mariae quam in Dei misericordia collocari videatur, ut ii qui preces fundunt saepius sanctorum imagines, quam Christum crucifixum intueantur.

Breviter omnia rescindenda quaecunque superstitionem aliquam sapiunt, et ineptiarum suspecta sunt. Itaque mos ille homines alligandi ad certum numerum preclarum recitandum non admodum videtur laudabilis. Quid enim numerus 5 faciat? Et repetitio ejusdem formulae, uno spiritu aliquoties facta, res per se est inepta. Solet enim naturaliter taedium parere, et attentionem animi labefactare. Ut taceam, rem esse puerilem, et parum cultu divino dignam, qui elegans, exquisitus, et ad honorem Dei augendum comparatus esse debet. Ethnicos constat Diis suis hymnos cecinisse perelegantes. Riderent illi, si recitationes illas viderent, quae nonnullis Christianis in usu sunt. 10 Interim scio multos nunc hymnos haberi elegantes, quales illi sunt, quos Urbanus VIII fecit, aut fieri curavit.

Ut concludam, fateor imprudentis esse et rerum humanarum imperiti, sperare omnia uno ictu sic deleri posse. Itaque |Bl. 10^r| suffecerit Pontificem aliquem Zelo domus Dei 15 accensum graviora quaedam; inquisitione diligenti instituta tollere, ut de pace Ecclesiae meliorem spem concipiamus. Hoc si fieret, spondent multi prudentes Viri, faciliorem reconciliationem fore.

2 preces (I) <fiunt> (2) fundunt L 3 f. sapiunt, (I) et (a) fabulae (b) <vaga> (2) | et erg. Lil | ineptiarum L 4 Itaque (I) tollend(um) (2) mos L 7 enim (I) <transi> (2) naturaliter L
7 rem erg. L 9 cecinisse (I) <praeclaras> (2) perelegantes L 10–12 sunt. | (I) tametsi <nunc sciam> (2) interim . . . haberi hymnos . . . curavit erg. | L 13 fateor (I) imperiti e (2) imprudentis L
15 instituta (I) <emendar> (2) tollere L

12 curavit: Im Zuge einer neuerlichen Revision ließ Urban VIII. (u. a.) unter persönlicher Anteilnahme Hymnen des Breviers überarbeiten. 14 Zelo . . . Dei: vgl. Ps 68 (69),10 und Jo 2,17.

D700. LIBRORUM APOSTOLICORUM RELIQUIAE EXTRA CANONEM

[Herbst 1678 bis Anfang 1679 (?)]

Überlieferung:L Aufzeichnung: LH I 6,8 Bl. 1^r–2^v.

- 5 Unser Stück bietet eine bibliographische Zusammenstellung neutestamentlicher Apokryphen und anderer, unter den Namen von Aposteln oder Apostelschülern laufender Texte, die nicht nur Druckausgaben umfaßt, sondern auch einzelne Handschriften berücksichtigt. Die Datierung beruht auf dem Wasserzeichen des Papiers, das für datierte Stücke aus dem November und Dezember 1678 sowie aus dem Januar 1679 Verwendung fand.

10 Librorum Apostolicorum reliquiae extra Canonem

Libellus Pastoris sive Hermes a nomine autoris cujus mentionem fieri ajunt Rom. XVI.14[.] Hunc Athanas[ius] epist[ola] 39. festali comparat cum *Sapientia Salomonis*, Syracide et *Esther*. Idemque facit Ruffinus in Symb[olum] c. [36] et Hieron[ymus] in Prologo Galeato et lib[ro] *de scriptoribus Ecclesiasticis*. Fuit graece scriptus, extat
15 hodie latine inter Orthodoxographa Basileae a Grynaeo edita; et alius seu seorsim impressus cum notis Barthii[.]

Evangelium juxta Hebraeos, vel secundum Apostolos, quo usi sunt Nazareni, ut habet Hieron[ymus] lib. 3. adversus Pelagium[.] Extare dicitur sub tit[ulo] Evangelii Nazaraeorum M[anu]s[criptum] Paris. in Bibl[iotheca] Reg[ia] 451[.]

- 20 Epistola Barnabae citata a Tertulliano *de Pudicitia* c. 20. et ab aliis, edita est primum ab Usserio, sed exemplaria incendio perierunt. Deinde ab Hugone Menardo cum

10 Anfang (1) Libri Apostolici (2) Librorum L 13 [36] 37 L ändert Hrsg.

13 Syracide: Das Buch Jesus Sirach. 13 Ruffinus: TYRANNIUS RUFINUS, *Expositio symboli*, c. 36.
14 Prologo Galeato: Hieronymus' Vorrede zum Buch der Könige. Die *editio Sixto-Clementina* der Vulgata hat diese Bezeichnung zum Titel gemacht: *Hieronymi prologus galeatus*. 14 lib[ro]: vgl. HIERONYMUS, *De viris illustribus*, 10. 14 *de . . . Ecclesiasticis*: HIERONYMUS, *Epistola CXII*, 3. 15 Orthodoxographa: *Monumenta s. patrum orthodoxographia hoc est theologiae sacrosanctae ac syncerioris fidei doctores*, hrsg. von J. J. Grynaeus, 1569, Latini, tom. 2, S. 599–643. 16 Barthii: CLAUDIANUS ECDICIUS MAMERTUS, *De statu animae libri III. Caspar Barthius exemplar vulgatum edidit . . . Ad haec Hermiae vetustissimi theologi pastor cum animadversionum libro Caspari Barthii*, 1655, S. 692–846. 17 Nazareni: Eine judenchristliche Gruppe aus dem syrischen Raum. 18 Hieron[ymus]: vgl. HIERONYMUS, *Dialogi contra Pelagianos libri III*, III, 2. 19 451: 20 Tertulliano: vgl. TERTULLIAN, *De pudicitia*, 20, 2–4. Tertullian meint allerdings den Hebräerbrief. 21 Usserio: 21 Menardo: *Φερομένη του αγίου Βαρναβᾶ ἀποστόλου ἐπιστολή καθολική. Sancti Barnabae apostoli (ut fertur) Epistola catholica*, hrsg. von H. Menardus, 1645.

notis Paris. 1645. Postea ab Isaaco Vossio Amst[elodami] 4° 1646. Denique a Madero Helmstadii 4° 1655. graece et latine[.]

Apocalypseos Petri meminit Sozomenus VII, 19[.] Multi [scribunt] Coptos in Ecclesiis suis hodie uti libro quem vocant *Secreta Petri*. Forte idem est[.]

Liturgia vel Missa Petri[.] Extat edita a Lindano apud Plantin[um] 1588. cum 5
praefat[i]one et Paris 1595 apud Morellum et in Bibliotheca Patrum. Sed constat non esse Petri vide Rivetum[.]

Epistola Pauli ad Laodicenses ita Marcionitae vocabant *Epistolam ad Ephesios* vide Tertull[i]ani lib. 5 *adv[ersus] Marcion[ionem] 2 ad Corinth[ios]* et Epist[olam] *ad Laodic[enses]*. Quidam vero putantes Paulum aliam scripsere ad Laodicenses confinere 10
talem Epistolam sub Pauli nomine, quae extat apud Sixtum Senensem *Bibl[ioteca] S[ancta]* lib. 2[.] et Steph[anus] |1v| Praetorius eam edidit Latine et Germanice 1597. Legitur et in Bibliis Germanicis Dietenbergeri ultima Epistolarum Paulinarum, et in Augustanis 1449. Et in alia editione Augustana inter Epistolam *ad Galatas* et *ad Ephesios* media. Reperitur et in antiquissimis Bibliis Wormatiensibus. Et Amstelod[amum] 1634. 15
Ejus jam meminit Hieronymus in Catalogo[.]

Duo libelli Lini de passione Petri et Pauli extant *Bibl[iotheca] Patr[um]*. Ab omnibus exploduntur[.]

Missa Matthaei dicta et Liturgia Aethiopum extat in *Bibl[iotheca] Patr[um]*. Conficta est post seculum VII. vide Rivet[um]. 20

Liturgia vel missa Jacobi, non fuit scripta ante seculum sextum. Graece et latine extat edita Paris. et Antverp[iae] 1560. et in *Bibl[iotheca] Patr[um]* imo et Germanice 1666 interprete A. G. R. B una cum liturgiis Marci et Petri[.]

3 scripunt *L ändert Hrsg.* 8 Epistola (1) ad (S-) (2) Pauli *L*

1 Vossio: *Epistolae genuinae s. Ignatii Martyris . . . Adduntur . . . adhaec s. Barnabae epistola . . . Edidit et notas addidit Isaacus Vossius, 1646, S. 209–254.* 1 f. Madero: *Φερομένη του αγίου Βαρναβᾶ ἀποστόλου ἐπιστολή καθολική. S. Barnabae apostoli (ut fertur) Epistola catholica* hrsg. von J. J. Mader, 1655, S. 1–43. 3 Sozomenus: vgl. SOZOMENUS, *Historia ecclesiastica*, VII, 19, 9. 5 Lindano: 6 Morellum: 6 Patrum: *Maxima bibliotheca veterum patrum, et antiquorum scriptorum ecclesiasticorum*, 1677, Bd. 2, pars 1, S. 14–16. 7 Rivetum: A. RIVET, *Critici sacri libri IV*, 4. Aufl. 1660, S. 117–118. 9 *Marcion[ionem]*: vgl. TERTULLIAN, *Adversus Marcionem*, V, 11, 12 und V, 17, 1. 11 Senensem: vgl. SIXTUS SENENSIS, *Bibliotheca sancta . . . ex praecipuis catholicae ecclesiae autoribus collecta et in octo libros digesta*, 1575, S. 101AB. 12 Praetorius: vgl. *S. Pauli Epistel / an die Laodicaeer, Kürzlich erkleret / durch Stephanum Praetorium. Mit noch einer andern S. Pauli Epistel / An Senecam geschrieben / Lateinisch und Deutsch / nützlich zu lesen*, 1597, Bl. A5^v–[A6]^r (lateinscher Text). Bl. [A6]^v–[A7]^r (deutscher Text). 13 Dietenbergeri: 13 Augustanis: 14 Augustana: 15 Wormatiensibus: 15 Amstelod[amum]: 16 Catalogo: vgl. HIERONYMUS, *De viris illustribus*, 5. 17 f. Patr[um]: *Maxima bibliotheca veterum patrum*, 1677, Bd. 2, pars 1, S. 67–73. 20 Rivet[um]: A. RIVET, *Critici sacri libri IV*, 4. Aufl. 1660, S. 118. 22 Antverp[iae]: C. DE SAINCTES, [Hrsg.] *Liturgiae sive missae sanctorum patrum Iacobi apostoli et fratris domini, Basilii Magni . . . , Ioannis Chrysostomi . . . De ritu missae et eucharistia . . . quibus accessit ad calcem e libris D. Ioannis Chrysostomi*, 1560, S. 14–34. 22 Patr[um]: *Maxima bibliotheca veterum patrum*, 1677, Bd. 2, pars 1, S. 1–9.

*Jacobi protevangeli*um a Mich[aele] Neandro legitur editum in octavo et in fol[i]o inter Orthodoxographa exploditur ab omnibus[.]

Missa vel Liturgia Marci. Extat in Bibl[iotheca] Patrum, sed non potest esse genuina v[ide] Rivet[um].]

5 *Evangelium Nicodemi*. Est spurium vide Scultet. A Coptis tamen in Missis legitur. Extat M[anu]s[criptum] in Bibl[iotheca] Reg[ia] Paris. 451. et Monachii. 32 inter M[anu]s[cript]a Graeca. Et latine prodiit Lipsiae 4. 1516. |2r|

Abdiae Babylonii vitae Apostolorum. Exploduntur vide Cocum in *censura*. Liber extat editus a Wolf[gango] Lazio sub nomine historiae certaminis Apostolorum
10 Basil. 1552. et Paris 1583.

Martialis Lemovicensis (discipuli Apostolici) Epistulae duae[.] prior *ad Burdegalenses* capitum 13[.] posterior *ad Lemovicenses* et *Tholosanos* capitum 28. A nemine recipiuntur. Extant inter orthodoxographa et in Bibl[iotheca] Pat[rum]. Ac primo omnium editae a Badio Ascensio 1521 post a Jac[obo] de Boides Burdegalensi latine et Gallice
15 1573, tandem ab Elmenhorstio Hamburgi 4^o 1614[.]

B[eaatae] Mariae Virginis Epistola ad Messanenses[.] de ea Melch[ioris] Inchoferi *conjectatio* edita[.]

Epistola Abgari Regis Edessenorum ad Jesum et Jesu responsoria ad Abgarum. Leguntur apud Euseb[ium] I. 14. Papa Gelasius inter Apocrypha refert[.]

19 Gelasius (I) Apocryphas declarat (2) inter L

1 Neandro: vgl. M. NEANDER, *Apocrypha hoc est narrationes de Christo, Maria, Joseph, cognitione et familia Christi extra Biblia* an Ders.: *Κατήχησις Μαρτίνου τοῦ Λουθέρου . . . Catechesis Martini Lutheri parva Graecolatina*, 1567, S. 321–666, hier S. 356–393. 2 Orthodoxographa: *Monumenta s. patrum orthodoxographia hoc est theologiae sacrosanctae ac syncerioris fidei doctores*, hrsg. von J. J. Grynaeus, 1569, Graeci, S. 71–84. 3 Patrum: *Maxima bibliotheca veterum patrum*, 1677, Bd. 2, pars 1, S. 9–14. 4 Rivet[um]: A. RIVET, *Critici sacri libri IV*, 4. Aufl. 1660, S. 116–117. 6 451: 6 32: 7 Lipsiae: *Evangelium Nicodemi domini nostri Ihesu Cristi discipuli de eiusdem passione. In lege et prophetis fundatum ex antiquissimis libris extractum bene correctum et noviter impressum*, 1516. 8 *censura*: R. COOKE (COCUS), *Censura quorundam scriptorum quae sub nominibus sanctorum et veterum auctorum a Pontificiis passim . . . citari solent*, 1683, S. 82–90. 12 *ad Lemovicenses*: Wohl ein Versehen; der zweite angebliche Brief des Martialis ist sonst nur *ad Tolosanos* bezeichnet. 13 orthodoxographa: *Monumenta s. patrum orthodoxographia hoc est theologiae sacrosanctae ac syncerioris fidei doctores*, hrsg. von J. J. Grynaeus, 1569, Latini, tom. 1, S. 7–21. 13 Pat[rum]: *Maxima bibliotheca veterum patrum*, 1677, Bd. 2, pars 1, S. 107–114. 14 Ascensio: 14 Boides: 15 Elmenhorstio: MARTIALIS VON LIMOGES, *Epistolae*, in *Gennadii Massiliensis presbyteri Liber de ecclesiasticis dogmatibus . . . Marcialis episcopi Lemovicensis Epistolae* hrsg. v. G. Elmenhorst, 1614, S. 56–95. 202–207. 215–219. 19 Euseb[ium]: EUSEBIUS VON CAESAREA, *Historiae ecclesiasticae libri decem* I, 13, 6–10. 19 Gelasius: vgl. das sogenannte *Decretum Gelasianum de libris recipiendis et non recipiendis*, c. 5.

De Clementis Petri discipuli libris Recognitionum, constitutionum, Canonum passim videri possunt autores. Epistola prior ad Corinthios graece et latine posterioris fragmentum graece tantum edita primum a Patritio Junio 4^o 1633. post a Madero Helmstad[i] 4^o. 1654. Mentionem Epistolarum cum laude fecere olim Euseb[ius] III. 18. et Hieron[ymus] lib. I. *adv[ersus] Jovin[ianum].* 5

Clementi tributa *Epitome de gestis Petri* graece et latine interprete Perionio Paris. 4. 1555[.] Extat Clementis Historiae versio latina ad Gaudentium Papam, item Epistola sub ejus nomine ad Jacobum fratrem Domini M[anu]s[criptum] Paris. Reg. 226. Ejusdem narratio missa ad Jacobum fratrem Domini Episcopum Hierosolymitanum est inter M[anu]s[cript]a graeca Monachii 103[.] 10

Ejusdem Epitome Concionum Petri extat Bibliotheca Vaticana M[anu]s[criptum].

In Bibliotheca Bodlejana est Clementis itinerarium M[anu]s[criptum] ad Jacobum fratrem Domini latine, idem sub tit[ulo] *Recognitionum* lib. 10. latine item Constitutiones et Canones Arabice et graece M[anu]s[criptum]. Ejusdem de S[ancti] Petri praedicationibus M[anu]s[criptum] extat Augusta, et Vienna(e) Epistola S[ancti] Petri graece. 15

4 Epistolarum *erg.* L 10 Monachii (1) 1603 (2) 103 L

1 Recognitionum: 1 constitutionum: 1 Canonum: 3 Junio: *CLEMENS I., Πρὸς Κορινθίους ἐπιστολὴ πρώτη. Clementis ad Corinthios epistola prior. Ex lacris reliquiis vetustissimi exemplaris Bibliothecae Regiae*, hrsg. von P. Young (Junius), 1633. 3 f. Madero: *Κλήμεντος πρὸς Κορινθίους ἐπιστολὴ πρώτη. Clementis ad Corinthios epistola prior. . . . Nunc denuo edita et asserta*, hrsg. v. J. J. Mader, 1654. 4 Euseb[ius]: EUSEBIUS VON CAESAREA, *Historiae ecclesiasticae libri decem*, III, 16. 5 Hieron[ymus]:vgl. HIERONYMUS, *Adversus Jovinianum libri duo*, I, 12.
6 Perionio: 7 Historiae: 8 226: 10 103:

D221. DE SCHISMATE ET FIDE ECCLESIAQUE CATHOLICA

[1685 (?).]

Überlieferung:

L Konzept: LH I 7,1 Bl. 11–12^f. 1 Bog. 2^o. 2 S. Bl. 11^v und 12^v leer. Textverluste durch
5 Fehlstellen im Papier.

Größere Fehlstellen im Papier haben zu Textverlusten geführt. Teilweise ließen sich jedoch fehlende
Wörter und Buchstaben anhand von wörtlich übereinstimmenden Formulierungen aus unserer N. D225
ergänzen. Von S. 00, Z. 00[VERWEIS EINBAUEN: »omnia inquit confitemur«] bis S. 00, Z. 00[VER-
WEIS EINBAUEN: »dicendo parati simus.«] konnte zu demselben Zweck J. DAILLÉ, *Apologie des Eglises*
10 *reformées où est montré la nécessité de leur separation d'avec l'Eglise romaine*, 1633, herangezogen
werden, da Leibniz seine Vorlage in sehr enger Anlehnung an den französischen Text in das Lateinische
übertragen hat.

Summum est praeceptum charitatis ita Christus, et dilectissimus Christi discipulus qui
etiam in decrepita senectute, ut ex narratione S[ancti] Hieronymi accipimus, nihil crebrius
15 ingeminabat. Hier[onymus] com[mentario] in cap[itulum] 6. Ep[istolae] ad Gal[atas]
B[eatus] Johannes Evangelista cum Ephesi moraretur usque ad ultimam senectutem, et vix
inter discipulorum manus ad Ecclesias deferretur nec posset in plura vocem verba con-
textere nihil aliud per singulas solebat proferre collectas nisi hoc: filioli diligite alterutrum.
Tandem discipuli et fratres qui aderant taedio affecti quod eadem semper audirent dix-
20 runt[:] Magister quare semper hoc loqueris? Qui respondit dignam Johanne sententiam,
quia praeceptum domini est, et si solum fiat sufficit.

Schismate nihil est nocentius, et qui reus ejus est gravissime peccat[.] Est enim
publica dissolutio christianae caritatis idemque in Ecclesia quod rebellio in Republica[.]
Itaque Apostolus 1 ad Corinth[ios] 1. obsecro [. . .] vos fratres per nomen domini nostri
25 Jesu Christi ut id ipsum dicatis omnes, et non sint in vobis Schismata. Et S[anctus] Ire-
naeus lib. 4. c. 62 contra eos qui praetextu corrigendorum abusuum Schisma faciunt *nulla*

15–S. 563.18 Hier[onymus] . . . cap. 2 *erg. L* 20 *Johanne* | seu Hieron. *gestr.* | sententiam *L*
21 *praeceptum* | [(1) ascribuntur (2) ascrib(a)tur locus in cap. 6. Ep. ad Gal.] *gestr.* | domini *L*
23 f. Republica (1) Hoc agnoscunt optimi quique etiam inter protestantes et saguine (a) (etiam) (b) quoque
suo redemptam (aa) etiam (bb) velle testantur amabilem Ecclesiae concordiam. Ascribantur verba Joh.
Dallaui Apologie des Eglises Reformées ch. 2 (2) nec alia in re fortius loquuntur aut manifestius conspirant
Sancti patres. Sed non egemus testimonio (3) itaque *L* 24 Corinth. (1) (XI) (2) 1. *L* 26 c. 62 (1)
nulla ab eis (Schismaticis) tanta (2) contra . . . tanta *L*

13 Christus: vgl. Matth 22,35–40 und Mark 12,28–31. 13 dilectissimus . . . discipulus: Johannes
der Evangelist; vgl. Jo 21,7. 20 (u.ö.). 16–21 *B[eatus]* . . . *sufficit*: HIERONYMUS, *Commentariorum in*
Epistolam ad Galatas libri tres, III, zu Gal 6,10. 24 f. *obsecro* . . . *Schismata*: 1. Kor 1,10.
26–S. 563.1 *nulla* . . . *perniciēs*: IRENAEUS, *Adversus haereses libri quinque*, IV, 33, 7.

inquit *ab eis tanta fieri potest correctio, quanta est Schismatis pernicies.* Et S[anctus] Cyprianus lib. *de unitate Ecclesiae* etiam martyrium negat Schismatico prodesse: *Tales inquit etiam si occisi in confessione Nominis fuerint, macula ista nec sanguine abluitur, inexpiabilis et gra[vis] culpa discordiae nec passione purgatur. Esse martyr non potest qui in Ecclesia non est, ad regnum pervenire non potest, qui eam quae regnatura est dereliquerit. Pacem vobis Christus dedit, concordēs et unanimes esse praecepit, dilectioni[s] et caritatis foedera et inviolata servare mandavit, exhibere se non potest martyrem, qui fraternam non tenuit caritatem.* Sed non egemus testimoniis, nam quanta ex nupero schismate mala orbem Christianum [inundave]rint quantaque animarum pretioso Christi San[guine r]edemtarum, quas tot miseriae in omne [crimen e]fferaverant[,] secuta sit pernicies, infelici [– se]squi seculi experimento didicimus, dicitque merito [potest] nec famem nec pestem nec bell[um] (nisi quia hinc [or]tum est,) nec alia publica [mala] tantum Europae nocuisse. Agnoscunt gravit[– pe]ccati etiam optim[i] quique inter protestantes et Sanguine etiam su[o si fie]ri posset redemptam velle testantur amabilem Eccle[siae] [conco]rdiam. Itaque non extenuant culpam Schism[– –] se amoliri tantum conatur. Quam in rem p[otest asc]ribere verba Joh[annis] Dallaei Apologia Ecclesiarum Ref[orm]atarum cap. 2.[:]

Ante omnia inquit confitemur Christianos et voluntate Magistri, et propriae utilitatis ac salutis causa obligatos esse ut uniti maneant invicem, nec nisi unum corpus componunt. Et cum unio ista summam eorum felicitatem constituat, necessariusque sit effectus charitatis, sine qua ne Christiani quidem esse possunt, dissolutio autem et divisio maximum malorum sit, gravissimumque criminum; ideo qu[i] [p]rocur[ant] eam aut qui favent, non possunt [evitare mal]edictionem quam illis Dominus mille loc[is] minatur, nec haereditatem adire regni coelestis in quo Sine caritate quae deest ipsis, nemo [recipi]tur. Uti enim essentia et perfectio corporum natura[li]um consistit in partium unione, qua soluta simul non tant[u]m forma exterior ac pulchritudo sed et vis ac vita perit[.] Ita par ratio est de hominum societatibus, quae comparatione quadam corpora appellantur; nam et horum natura et excellentia ab unione membrorum pendunt, ex quibus componuntur. Florent

3 inquit *erg.* L 15 et (I) < tam > [–] < – am a > < – – – > (2) Sanguine L 16 [conco]rdiam. (I) Sed (2) itaque L 20 corpus (I) < constituent > (2) componunt L 22 divisio (I) maxim(e) (2) maximum (a) < – > (b) malorum L

3–9 *Tales . . . caritatem:* CYPRIAN, *De ecclesiae catholicae unitate*, 14. 12 se]squi seculi: Leibniz denkt wohl an den Dreißigjährigen Krieg (1618–1648). 19–S. 564.11 Ante . . . simus: vgl. J. DAILLÉ, *Apologie des Eglises réformées où est montré la nécessité de leur separation d'avec l'Eglise romaine*, 1633, ch. 2, S. 3–5. 20 ut . . . invicem: vgl. Jo 17,21–23. 24 f. nec . . . coelestis: vgl. Gal 5,21.

Respublicae quamdiu cives concordia colligantur, pereunt ubi discordia dissolvuntur. Nec ullum illis gravius divisione malum evenire potest, quod ipsa subsistendi fundamenta labefactat, et vitae fontem inficit. Ut proinde gravissimum in Rempublicam criminum haud dubie sit seditionis incendia excitare, et rebellionis semina spargere abrupta civium amicitia. Quandoquidem igitur Ecclesia est coelestis quaedam et aeterna Jesu Christi R[esp]ublica, caeteris omnibus societatibus praestantior [et] admirabilior, quas unquam vidit aut finxit orbis eadem proportione (quanta) concludendum est qui hanc turbant partemque aliquam corporis avellunt crimen committere, omnium criminum atrocissimum. In quo ita consentimus omnes, ut nihil tantum in laudem unitatis, et divisionis odium dicere possint adversarii quod non probaturi statim, et si fieri posset, etiam augere dicendo parati simus. | 11v leer /12r |

Fides Catholica est doctrina salutaris a Christo accepta[,] ab Apostolis praedicata, ab Ecclesia per manus tradita, ac proinde temporibus locisque universalis. Et haereticus est, quisquis ab hac fide pertinaciter recedit[.]

Hanc definitionem contra novatores integris libris prodiderunt Tertullianus opere de praescriptionibus, et in Commonitorio Vincentius Lerinensis.

Nunquam fidei articulos condit Ecclesia, neque aut facit aut patitur novitates sed tantum quid ex traditae doctrinae analogia sentiendum sit dicendumque declarat. Unde praeclare S[anctus] Cyprianus ep[istola] 63. *neque ipse Apostolus neque angelus de coelo annuntiare potest aliter aut docere praeterquam quod semel Christus docuit et Apostoli ejus annuntiaverunt*. Respicit ad illud Pauli ad Galatas 1. *sed licet vos aut angelus de coelo Evangelizet vobis [...]* prae-

1 ubi (I) dissensu (2) discordia L 4 spargere (I) (rupta etiam) (2) abrupta L 4 civium (I) unione (2) (unit) (3) unitate (4) (co) (5) amicitia L 7 orbis (I) [-] Includendum est eadem proportione ingravescere crim[-] (-), qvi Ecclesiam turbant (2) eadem L 9 et (I) division(um) (2) divisionis L 9 odium (I) (dicturi) (2) dicere L 11 simus. (I) Haeresis est a fide catholica discedere, schisma ab Ecclesiae catholicae communionem Absatz Fides autem catholica est doctrina quam tanquam Salutarem a Christo et Apostolis acceptam et per manus traditam Ecclesia (a) testis ad nos usque (b) custos et testis ad nos usque (aa) perduxit (bb) deduxit (2) Absatz Fides L 12 est (I) quae a (Ch) (2) doctrina L 12 Apostolis (I) (per orbem) (2) praedicata L 14 recedit Absatz (I) Hanc definitionem (integris) (2) Hanc L 15 integris (I) (voluminibus) defenderunt (2) libris defende (3) libris L 15 Tertullianus (I) (in praeser) (2) opere L 16 Lerinensis. (I) Ne (2) idemque sensit (3) Absatz Nunquam (novos) fidei articulos condit Ecclesia Sed (a) (qv -) (b) tantum etsi subinde ex tradita fidei analogia quid sit sentiendum dicendumve declaret S. Augustinus (4) idem jam olim (5) itaque (6) Absatz Nunquam L 17 Nunquam (I) novos fidei articulos condit Ecclesia (2) fidei . . . novitates L 18 traditae (I) fidei (2) doctrinae L 22 vobis (I) praeterquam quod (2) praeter L

12 f. a . . . tradita: vgl. *Concilium Tridentinum*, Sessio IV, decretum I (DENZINGER, Nr. 1501).
15 Tertullianus: TERTULLIAN, *De praescriptione haereticorum*. 19 *neque . . . annuntiaverunt*: CYPRIAN, *Epistola LXIII*, 11, 1. 22–S. 565.1 *sed . . . sit*: Gal 1,8 f.; vgl. CYPRIAN, *Epistola LXIII*, 10, 2.

ter id quod accepistis Anathema sit. Et qui et 1 ad Timoth[eum] 6. *o Timothee,* inquit *depositum custodi devitans profanas vocum novitates et oppositi-* 5
ones falsi nominis scientiae. Et Ep[istola] Jud[ae] vers. 3. decertetis pro fide *semel*
tradita sanctis. Unde recte dicit Aquinas Ecclesiam non aliis quam prophetarum et Apos-
tolorum revelationibus niti <valere> non diffitemur fieri posse, ut de sententiis catholicae
fidei, ante motas quasdam controversias dertamque Ecclesiae pronuntiationem obscure
imo male loquantur nonnulli viri pii et docti quemadmodum circa ipsum articulum Sa-
crosanctae Trinitatis manifestum est. Itaque Ecclesia Concilio coacto aliquid definientis
aliquid testimonio, tanquam solenni potissimum <standa/um> est.

Ecclesia catholica est quae et fidem catholicam servat et communione sanctorum 10
universali constituitur, et qui ab ea communione secedit schismaticus est[.]

Notissimum est Sacramentum veri corporis Christi etiam ad mystici corporis hoc est
Ecclesiae catholicae Unitatem agnoscendam semper valuisse, nec nisi illum in Ecclesia
catholica esse censi, qui cum illis Ecclesiis communicat, quae semper ab Apostolicis 15
usque temporibus in communione perseverarunt, neque unquam ab aliis a reliquis Ecclesiis
sponte recesserunt. Itaque quicumque ab Ecclesia sua Sponte secedit, (nisi ad aliam Ec-
clesiam se receperit, unde sua discessit<,>) procul dubio extra Ecclesiam Catholicam esse
censetur quanquam autem fieri posset, ut aliquis non sua culpa communione externa ca-
reat, quemadmodum qui injuste excommunicatur, quem interiore quadam communione frui
nemo negat, regulariter tamen ejus qui in Ecclesia est, nota haberi debet externa commu- 20
nio.

1 Et (I) idem et (2) qvi L 5 de (I) rebus etiam (2) <actio> (3) sententiis L 6 pronuntiationem
(I) <male> (2) <-> (3) obscure L 8 Ecclesia (I) in (2) Concilio L 8 aliquid erg. L
8 f. definientis (I) testim (2) aliquid L 10 fidem (I) <cat> (2) et cum (3) catholicam (a) et
communione sanctorum universalem (b) servat L 11 ea (I) secedit Schismaticus est (2) commu-
nitione L 12 etiam (I) ab (2) Ecclesia (3) ad L 13 Ecclesiae (I) <unionem servandam> (2)
catholicae L 13 valuisse, (I) et (a) illos (b) si quis (2) nec L 14 quae (I) cum (2) semper L
15 communione (I) fidei (2) cum maxima (3) <patre> (4) parte (5) per (6) perseverarunt L 16 qui-
cunque (I) culpa sua (2) ab L 16 sua (I) sp (2) separatus | est, *nicht gestr., streicht Hrsg.* | <nisi> (2)
Sponte L 17 Ecclesiam (I) est (2) Catholicam L 18 culpa (I) extra Eccle (2) <vi> (3)
communione L 20 tamen (I) nota est (2) Catho (3) eius L

1–3 *o Timothee* ... *scientiae*: 1. Tim 6,20. 3 f. decertetis ... *sanctis*: vgl. Jud 3.
4 Aquinas: vgl. THOMAS VON AQUIN, *Quaestiones disputatae de veritate*, qu. 14, ar. 10, ad 11.

FEL187. QUELQUES REMARQUES SUR LE FURSTENERIUS

[März 1688 bis Anfang 1698]

Überlieferung:*D* Aufzeichnung: FELLER, *Otium*, 1718, Nr. CLXXXVII. S. 232–234.5 Weitere Drucke: 1. FELLER, *Otium*, 2. Aufl. 1737, Nr. CLXXXVII. S. 232–234. 2. DUTENS, *Opera*, 6, 1768, S. 334 (nach FELLER).

Eine handschriftliche Druckvorlage unseres Stückes ist nicht ermittelt. Als Terminus post quem dient das Erscheinen von Leibniz' Rezension des *Discursus* von HENNIGES in den *Acta Eruditorum* im März 1688; hintere Grenze: Wechsel Fellers von Hannover nach Wolfenbüttel Anfang 1698.

- 10 Il n'y a rien de si delicat que d'écrire du Droit public, parce que celui qui est au service d'un Prince peut souvent dire des choses, qui par hazard pourront être prejudiciables à son Maitre. Monsieur Kulpisius par exemple n'auroit pas dit plusieurs choses dans ses notes ad Monzambanum, s'il avoit crû, qu'il dût être un jour au service d'un Prince. Lorsque Furstenerius disoit dans son livre, que les *Princes* d'Allemagne ne trouveroient pas
 15 mauvais, que les Roys rendissent *aux Electeurs les mêmes honneurs*, qu'on leur rend à eux mêmes, *pourvûque* cela ne portât point *prejudice* aux *Princes*; les Ministres de la Cour d'Hanover ne l'approuvoient pas absolument, |233| parcequ'ils croioient, qu'il avoit trop donné aux Electeurs. Mais après que l'Auteur eut représenté au Duc, qui vivoit dans ce
 20 systeme ne pouvoit pas être facilement changé sans donner une toute autre idée de son ouvrage, on le laissa là. Et depuis, lorsque l'auguste Maison d'Hanover aspireroit à l'Electorat, Furstenerius demanda au President de G. si n'étoit point avantageux, qu'on eût laissé son ouvrage tel qu'il étoit, parceque cela regardoit pour lors aussi cette Maison; Et l'on ne fit plus difficulté d'approuver ce qui avoit autres fois causé du scrupule. Furstenerius n'a pas
 25 voulu faire aller de pair les Princes avec les Electeurs, quant au ceremonial et semblable, mais il a tâché de conserver seulement les droits, qui apartenoient aux Princes, et de refuter

13 Monzambanum: J. G. KULPIS, *In Sev. de Monzambano, De statu Imperii Germanici librum Commentationes Academicae*, 1682; neben der kommentierten Ausgabe hatte Kulpis eine Dissertation zu den Thesen des Monzambano verfaßt, *De Unitate Reipublicae In Sacro Romano Imperio*, 1676. Kulpis vertrat die Ansicht, Reichsgesetze wären für die Reichsstände verbindlich; die »summa majestas« läge bei Kaiser und Ständen in ihrer Gesamtheit, als einzelne seien die Stände Untertanen dieses Reichskörpers. 13 f. Furstenerius: [G. W. LEIBNIZ], *Caesarini Fürstenerii de jure suprematus ac Legationis principum Germaniae*, 1677, unsere Ausgabe IV,2 N. 1. 14 disoit: *Entretien de Philarete et d'Eugene*, 1677, IV,2 S. 315, Z. 19 – S. 316, Z. 4. 18 Duc: Johann Friedrich. 22 demanda: vgl. dazu Leibniz an Grote (4./14. Mai 1682), I,3 S. 177f.; (28. April/8. Mai 1692) I,7 S. 122, Z. 2–5; an Herzogin Sophie (Febr. 1692) S. 93, Z. 10–15; für Ernst August (Herbst 1685), I,4 S. 233. 22 G.: Otto Grote.

les fausses pretensions des Electeurs. Pourquoy les Princes d'Allemagne vaudroient-ils moins que le Duc de Savoye et autres Princes et Republicques d'Italie, à qui on a accordé bien des choses, que l'on refuse aux Princes. Le livre intitulé *Acta Eruditorum* a remarqué fort à propos, (en rapportant le discours d'un Anonyme contre Furstenerius, imprimé Hyetopoli A[d Istrum] 1687.) que Furstenerius a écrit pour et non contre les Electeurs. Monsieur Henniges, Envoyé du |234| Duché de Magdebourg à la Diete de Ratisbonne est auteur de ce discours, qui est écrit d'une maniere fort civile et en fort bon latin.

1 pretensions: vgl. dazu IV,2 N. 1, Kap. 38 und 45, S. 152ff, S. 177ff. 2 d'Italie: Speziell zu den Rangstreitigkeiten mit den italienischen Fürsten siehe auch IV,2 N. 15. 3 Leibniz' Rezension in *Acta Eruditorum*, März 1688, S. 147–156; unsere Ausgabe IV,2 N. 16; zur Entstehung der Rezension s. I,7 S. 452. 4 discours: H. HENNIGES, [anonym] *Discursus de suprematu adversus Caesarinum Fürstenerium*, 1687.

D207. ANNOTATIONES IN LOCA QUAEDAM DIFFICILIA CONCILII TRIDENTINI
 QUAE MAXIME PROTESTANTES MORARI POSSUNT
 [um 1690 (?).]

Überlieferung:

5 L Konzept: LH I 7,5 Bl. 150. 2°. 1 1/6 S.

Der Vergleich unseres Stückes mit den einschlägigen Abschnitten in den »Annotata quaedam ad Concilium Tridentinum« (unsere Ausgabe IV,4 N. 95), bringt auffällige Übereinstimmungen ans Licht. Dies gilt bereits für die Titelformulierungen. Auch die jeweiligen Fundortangaben der Zitate sind ähnlich formuliert. Der Auszug aus dem entsprechenden Dekret des Trienter Konzils ist in unserem Stück zwar deutlich
 10 kürzer, weil er vollständig auf die Aufzählung des vom Konzil definierten biblischen Kanons verzichtet, aber im übrigen stimmen die Zitate in der Auswahl des zitierten Textes fast vollständig miteinander überein, bis hin zur Ergänzung des Subjekts in eckigen Klammern (die wir durch doppelte runde Klammern wiedergeben; vgl. unten S. 568, Z. 32 mit IV,4 S. 528, Z. 1–2). Allerdings hat Leibniz in unserem Stück nicht nur weniger Text aus dem Dekret übernommen, sondern auch weniger sorgfältig zitiert als in
 15 IV,4 N. 95 (»vitam« statt »fidem« und »esto« statt »sit«; s. unten S. 568, Z. 30 und S. 568, Z. 36). Wie ein Blick auf die »Expendenda in Tridentino« (IV,4 N. 111) zeigt, die dasselbe Dekret ebenfalls auszugsweise zitieren (ebd., S. 580, Z. 2–10), ist dieses hohe Maß an Übereinstimmung in den Zitaten keineswegs selbstverständlich. Deshalb legen diese Beobachtungen den Schluß nahe, daß Leibniz zur Abfassung unseres Stückes die »Annotata quaedam ad Concilium Tridentinum« benutzt und daß er das Zitat aus den
 20 Dekreten des Trienter Konzils daraus und nicht direkt aus einer Ausgabe von Konzilstexten übernommen hat. Diese Abhängigkeit läßt sich auch an der Kommentierung der Konzilsbeschlüsse beobachten. Die Überlegungen aus IV,4 N. 95 finden sich inhaltlich in den Punkten 2 (vgl. IV,4 S. 528, Z. 11–23) und 3 (vgl. ebd., S. 528, Z. 24 – S. 529, Z. 2) der »Annotatio« unseres Stückes wieder, an einer Stelle in fast wörtlicher Übereinstimmung (s. unten Erl. zu S. 569, Z. 17). Wegen der Abhängigkeit von IV,4 N. 95 da-
